Ipdorro pnoiat⁹ dux cernēs pstātiā pdicatō nis bī kiliani.secreto veit ad eū.cupiēs do⁊ ctrinis suis ĩstrui.q̄ten⁹ agnito tramite vita tis.abigere valeret anfract⁹ erroꝛis. Sed a btissimo viro catholice fidei documētis dili gēter ĩstruct⁹.pꝛio die dñice resurrectōis cū multis alijs dato noīe aq̄ lot⁹ baptismatis. absolutōq̄ pstini pmerut erroꝛis.Sicq̄ fa ctū ē vt pene tota pucia oriental fracie.reli cto demonū cultu.diuie religiōi opaq̄ daret Ipredict⁹ dux gosbert⁹ monitu assiduo bī kiliani ad meliora ō die ī die pficiebat.Erat ãt illi ꝓuxꝫ pm gētilitatis ritū.q̄ q̄ndam fris ipi⁹ ꝓtugio fuerat copulata nomīe geilana. Sq̄ vir dī idcirco ĩitio fidei tale noluit cō iugiū phibere.ne ī penitudinē credulitatis gūitate ī oīb⁹ plibat⁹ ꝓnceps duceret.et ꝑ ē q̄d apls nō dū i fide pfectis dicit.Tāq̄ puul ī xpo lac vob potū dedi.ñ escam.pfectoꝛ eni solid⁹ ē cib⁹.idō q̄d nouerat gui⁹ distulit.in futuꝛ.simulq̄ diuīo reuelante spū sciens in hac relibiꝛ socijs causā cōstare martyrij.vt multis interea pdesset.interim obmisit tale dānare ꝓtugiū.licet cuperet dissolui et eē cū xpo.imitat⁹ apl̄m q̄ ī sporta a frib⁹ p muruꝫ dimissus ē.nō vt morte timeret.sq̄ vt multis añ morte pdesset.Uerūtñ cū q̄dā die beat⁹ psul ducē familiarit alloq̄ret.dixisse iter cete ra fert.Fili mi quē peuāgeliū genui gaudeo valde ī pfectu fidei tue.sq̄ multuꝫ me mouet q̄ illicitis nuptijs detineris.⁊ vereoꝛ nimis q̄ a recto itinere tali ꝓtugio retarderis.Legit ei btō iacobo dicēte.qꝛ q̄ totā legē seruauerit. offendat ãt ī vno fact⁹ ē oīm reꝝ.Ipreterea in baptismate inouat bō.⁊ ñ ex pte sq̄ tot⁹.vt ãt tot⁹ inouari possit.nihil pstini retinere dq̄ er roꝛis.Audiēs ãt ꝑ ꝓnceps pmo belit stupo re.deīde alta suspiria trabēs.valde ei dilige bat eā quā bēbat vxoꝛē.tale deīde fert dedis se ñsum.Audiui pat̄ te docēte.qꝛ dñs ihus pcepit nihil suo amoꝛi pferēdū.ñ pꝛez.ñ ma tꝛē.ñ filios.non vxoꝛē.et idcirco q̄zuis vnice diligā ũctā mihi vxoꝛē.ꝓpono tñ diuinum amoꝛē.Sq̄ nc̄ ñ adest mihi ociū inq̄rēdi q̄l ter eā dimittā.qꝛ ꝰ hostes nrē rei publice fe stino.Cū ãt reuersus fuero iuēta opoꝛtuni tate dimittēdi sepabo⁊ ab illa.Hoc vo cū ad aures geilane puenisset.q̄s ei fallere posset amantez q̄ui incā duit ira ceu raptis catulis leena.Diuq̄ secū bachata ex eo cepit q̄re quō scōs viros extigueret.Nulla enī bestia ī ꝑ mūdo sil̄is ē mulieris male.sic ꝑ mulier nephāda.callida meditatōe pq̄rebat.q̄liter sine ꝓp̄ari strepitu⁊ vulgi cogtōe scōs viros pderet.armabat nāq̄ ī patiētia ire ⁊ libidis furoꝛe.Et qꝛ dyabol⁹ iniq̄ cupiētib⁹ fomēta malicie submistrat.inuēti sūt duo ministri crudelitatis q̄ pmitterēt se satisfacturos gei lane desideriis.datis sibi munerib⁹ miserri me executōis.Solebat itaq̄ btūs Kilian⁹ post paruā dormitōq̄ necessitatis ad studiū vigilare puecteq̄ oꝛōnis.Quadā vo nocte cū leues somnos capet.ita vt nec dormiret ī tegre nec vigilaret aperte.apparuit ei vir ba bitu formaq̄ pulcerrī⁹ dicēs. Kiliane ami ce surge.nolo te diuti⁹ laboꝛare.vno dūtaxat certamine tāgeris.⁊ sic sp mecū eris.His di ctis abscessit.Euigilās ãt egregi⁹ vir intelli gens diuinā sibi adesse visitatōeq̄.Quocatis frib⁹ ait. Fratres vigilate.cito aderit dñs et pulsabit ianuā.cauendū ergo ē ne nos som no toꝛpētes inueniat.Addam⁹ oleū lāpadi bus dū tps ē.ne si forte defecerit tūc incipia mus querere q̄n nō poterim⁹ iuenire. Illis itaq̄ media nocte oꝛōi vacātib⁹.carnifices strictis gladijs locū ī q̄ oꝛabāt penetrarunt Qō cū sacerdos dei ītuit⁹ eēt ait.Amici ad q̄d venistis.implebitis pceptū.ꝓsumabitis cursū.his dictis interfecti sūt.ibiq̄ terre mā dati.ne q̄s scire posset q̄d de illis factū foꝛet. Uestimēta q̄q̄ cū q̄b⁹ diuīa officia pagebāt sacriq̄ libꝛi simul cū eis defossa sūt.ne q̄d in dicū necis eoꝝ depbendi posset.sq̄ clam dis cessisse putarent.causa solite pegrinationis. Erat tñ q̄dā nobil mulier burgūda noīe.q̄ a pncipio pdicatōis eoꝝ sctis adheserat vi ris.bñs cellulā iuxta oꝛatoꝛiū sctoꝝ.q̄ facili us diuinis laudib⁹ itereſſe valeret.Hec iten ta vigilijs q̄ facta fuerāt diligēti studio inue stigauit.Recedentib⁹ q̄q̄ carnificib⁹.linteo lo mūdo fusū sanḡnē sctoꝝ collegit.ac tre di ligenē infodit.vigilijs ⁊ oꝛōib⁹ vacās vbi sā ctoꝝ coꝛpa obꝛura nouerat.Excolebat loca veneratōe qua poterat.licq̄ silenter ne sicut

postea factū ē geilane iussu remouereť. Ea/ dē nāqz sceleratissima mulier stratis q̄z plā/ tis stabulū eq̄z ī loco vbi sctī martyres būa ti erāt fieri iussit. ne q̄ indicio sacra corpa p/ derēt. Ferūt tñ ab his q̄ tūc fuere posteris re latū. q̄ aīalia ibi stabulata sup sepulcra mar tyrū nec stercora nec vrinā iacerent. honorē martyrib⁹ exhibentia. vt qđ de capite ppha vaticinat⁹ ē ℞ ī e⁹ mēbris repireť. Cognouit ī quiēs bos possessorē suū. ꝛc. Israel āt nō co/ gnouit me. Taliqz mō vt dictū ē sc̄oz corpa boīb⁹ pene ignota forēt. nisi p̄fata burgūda ī extremo vite posita. q̄busdā fidelibus vbi posita eēnt reuelassz. Cōtigit āt vt dux pacta militia reuerteretť ad locū vbi sctōs viros di miserat. Quos cū nō inuenisssz. cepit studiose q̄rere. qñ z q̄ cā recesserit. q̄ ve abierit. Eius vo vxor veneno malicie fedata. aliqñ rubo re pfusa. aliqñ pallore depssa. aliqñ p̄fidētia roborata. diuersos anfract⁹ neq̄cie sue frau/ dib⁹ p̄tendebat dicēs. Nō se eos custodisse. neqz custodes adhibuisse. qñ voluerīt veni/ se. qñ sibi placuit recessisse q̄ pegrinatōis sue morē ꝑuarēt. Quē feminea vba ñ emollūt. quē a statu rectitudis ñ retrabūt. Credulis itaqz vbis ꝓiugis ꝓnceps aliq̄ntulum cepta ab inq̄sitōe q̄euit. Sz qz iuxta dñicā vocē ni hil optū ē. qđ ñ reueleť. z occultū q̄d nō sciať cū ea q̄ facta fuerāt paulatī obliuioni trade/ rēť. vn⁹ eoz q̄ sctōs viros gladio inuaserant subito demonio arripiť. z ppriis se dētib⁹ la/ nians a p̄ncipio migūit in eternā penā. Alter vo ī rabiē vsus gladio semetipm appetijt. ef/ fusisqz visceribus p tormenta p̄ntis ꝓpis ad etna puenit. Non multo post z ipa belua de q̄ loq̄mur demonibus arrepta voce ma/ clamabat. Juste torqueor q̄ sctis viris torto res adhibui. z cū magno cruciatu ad crucia tū dyabolo paratū puenit.

CXCVIII

De sancto Heinrico imperatore.

Anno ab incarna/ tione dñi millesimo. j. ab vbe āt cō dita millesimo septingētesimo qui q̄gesimo octauo. Otto ne te[rtius] o rome defūcto vacāte regni solio. cū ō p̄ncipe ageret subro gādo. oīm vota. nutu diuino ad eū inclināť. q̄ tūc ī regno potissim⁹ habebať. Fuit nanqz eodē tpe q̄dā dux bauaroz nomīe heinric⁹. heinrici eiusdē gētis ducis fili⁹. c⁹ tpib⁹ sctis wolfgang⁹ ratisbonensiū p̄fuit epūs tā boīta te q̄z nobilitate regia ꝓspicu⁹. z vniuersa mo rū bonestate p̄clar⁹. Hic initiū sapie timorē dñi plenie est secut⁹. qz erat oīm lrāz studio p̄ncipaliē imbut⁹. z tot⁹ sane fidei z actōne ca tholic⁹. Hic ergo ab oīb⁹ pari voto z cōi cō sensu oīm ascisciť. diuina vtiqz disponēte cle mentia. vt p tpalis regni fastigia ad culmen regni celestis ptīgeret. Cūqz p̄dict⁹ rex hein ric⁹ necdū cesaris vl ī peratoris obtineret di gnitatē. apparuit ei ratisbone bīs wolfgāg⁹ epūs tali visione. Visū nāqz ē ei q̄ manēs in eccīa sctī emmerāmi epī z martyris. accede ret orādi grā ad btī wolfgāgi sepulcrū. in ea dē basilica sitū. Cūqz ibidē dñm z sāctū wolf ganguz ītimis p̄cib⁹ conareť exorare. subito videbať ei ipe sctūs wolfgang⁹ astare. eūqz bmōi vbis appellare. Intuere diligenť lrās ī muro q̄ ē sec⁹ tumulū scptas. Erat āt sīc sibi videbať scptū solūmō p⁹ sex. Euigilās āt rex retractatōe diuīna secum reuoluit pauciss/ ma h⁹ visionis scpta. In ꝑmis ergo arbitra tus q p⁹ sex dies eēt mortur⁹. m̄ta dispēsat paupib⁹. Cūqz diez sex numer⁹ pteriss. z ni hil ī se rex molestie corpalis sensiss. putauit p̄dcās visionē ad sex mēses ptinere. Trā sactis vo sex mēsib⁹ cū nihil infirmitatis ī se paťet arbitrat⁹ ē hūc numerū ad sex ānos ptinere ideoqz q̄ z supra cepit timere. Cūqz sex ānoz numer⁹ iteger ptrāsisset z septimi anni dies reuolut⁹ veniss̄et. ipo die p aplicā bñdictōez suscepit cesaris dignitatē. Tūc tandē sentiēs q̄lis eēt sua visio. grās egit deo sctōqz wolf/ gango epo q̄ sibi talē reuelare dignat⁹ ē dig/ tatē. Unctus ergo in regē beatissim⁹ dei fa/ mul⁹ heinric⁹. tpalis regni nō ꝓtent⁹ angu/ stijs. pro adipiscenda imortalitatis corona sūmi regis. cui seruire regere ē. militare dispo suit. Summā etei diligentiā ī amplificādo cultu religiōis adhibuit. eccīas di ditare pos/ sessionibus z imēsis ornatib⁹ augere cepit. Sedes q̄z epales bildensheim videlicet. vbi a puero fuerat enutritus et literis edoctus

Magdeburg et argentinam Missnam et mersenburg. q̄ barbarica ĩmanitate adiacẽtiũ sclauoꝝ vastate fuerant restaurauit. ⁊ tã ip̄is q̄z alijs ep̄atib⁹ ꝑ vniuersũ regnũ ĩ possessionib⁹ ⁊ ornamẽtis ĩnumera dona distribuit. Beniq3 ꝯsũmatis b⁹ vite laborib⁹ post q̄z bone opinionis odorẽ lõge lateq3 redolere fecerat. locũq3 sibi dilectũ ⁊ cetera mõasteria ditãdo ⁊ ornãdo ⁊ excolẽdo ad ꝑfectũ adduxerat. ad ꝑcipiendã ĩmarcessibilẽ coronã a dño vocatus est ab ergastulo carnis. Qui cernẽs diẽ mortis sibi ĩminere. vocatis ad se ꝑentib⁹ btissime ĩpatricis Kunegũdis. necnõ etiã q̄busdaz regni ꝓorib⁹. manu eã apprehẽdit ⁊ cõmẽdauit eã illis hmõi verbis memoria dignissimis. Hãc ecce inq̄t mihi a vob̄ imo a xp̄o ꝯsignatã. ip̄i xp̄o dño nostro ⁊ vob̄ resigno v̄ginẽ ĩmaculatã. In ei⁹ v̄o trãsitu t̄ra plorãte celũ exultauit. sic̄ etiaz dñs ꝑ suã miscdiaz reuelauit. In ip̄a etei hora exit⁹ illi⁹ cuidã seruo dei ĩ solitudĩe cõmorãti dyabol⁹ ĩ hũana specie fert̄ apparuisse. Quez vir dei ꝑ spũm ꝓtin⁹ agnouit ⁊ ait ad eũ. Quo ꝑgis. At ille rñdit. Ad exeq̄as ĩpatoris ꝑgo. Cui ille ait. Vade ⁊ comple negociũ tuũ q̄ntũ a dño tibi ꝑmittit̄. Verũtñ cõsũmato officio tuo adiurat⁹ ꝑ deuz viuũ ad me reuertere. vt ꝑ te rei exituz possim cognoscere. Post modicũ v̄o reuers⁹ coraz ꝑuo dei gemebũd⁹ astitit. ⁊ voce querula cũ ingenti eiulatu dixit. heu heu delusi sumus. inuanũ laborauim⁹. q̄netiaz ab angelis dei ꝯfusi discessim⁹. De h̄ require in legẽda sãcti laurentij martyris.

CXCIX
De sancta Barbara.

Erat tempore maximiani ĩpatoris vir q̄dã gẽtilis in nichomedia nobilitate generis p̄clar⁹ ac tẽpaliũ rerũ abũdantia sũm⁹ noĩe dioscor⁹. cui erat filia speciosissima noĩe barbara. Ip̄a ãt q2 erat corpe pulcerrima. eam pater plurimũ diligebat. quaꝓpter reclus eã in turri altissima quã eidez edificari fecerat. ne ab aliq̄ hoĩe videret̄. Erat ãt btã barbara ingeniosa. ⁊ a tenera etate vanas cogitationes relinquens. cepit diuina cogitare. Cũ eĩ semel templũ ĩtraret vidẽs simulacra parentib⁹ suis ait. Quid sibi volũt he similitudines hoĩm. Respondẽt parẽtes. Taceas nõ hoĩm. s3 deoꝝ sũt. ⁊ volũt adorari ꝑ illud q̄d nescit̄ ⁊ q̄d nõ videt̄. Barbara dixit. Fuerũt q̄ndã hoĩes q̄s nũc colim⁹. Rñdent ita. Ex h̄ btã barbara die noctuq3 replicabat tacita dicens. Si hoĩes fuert̄ dij nr̄i. ergo nati sũt vt hoĩes. mortui sũt vt homĩes. Si dij eẽnt nec nati fuissent nec mortui. q̄a deitas vt mihi videt̄ nec cepit nec desinit eẽ. Homo et̄ h3 originẽ t̄re. q2 t̄ra ẽ materia ei⁹ Si ergo hõ de t̄ra ẽ. ⁊ hõ d̄s ẽ. ergo aliq̄d p̄cessit eum q̄d ei⁹ origo d̄r. sic apti⁹ dicerem⁹ terrã deuz. S3 q2 nec t̄ra a se ẽ. nec celũ a se. nec aera a se nec aqua a se. ex q̄b⁹ q̄ttuor elemẽtis constat hõ. sed creature sũt. necesse ẽ his eẽ creatorez Ecce q̄nta sapĩa in tã iuuenili puella. Tãdẽ tradita studijs liberalib⁹ alta trãscẽdebat. s3 defuit ei noticia veri dei. vanos aũt deos occulte spreuit. Et cũ vidit dijs sc3 lignis ⁊ lapidib⁹ flectere genua sensibilia insensibilibus mutis. animo valde correxit. Idcirco venit rumor laudis nichomediã clamãs. sapientissimũ viroꝝ alexandrie fore. sc3 origenẽ. c⁹ facũdia totã terrã ꝑfũderet q̄ veris indicijs daret cognoscere verã deitatẽ ⁊ ydoloꝝ ꝯfũderet vanitatẽ. Hec audiẽs btã barbara mlt̄ tũ gauisa ẽ in domo pectoris sui. et cepit sedule tractare q̄ genere posset eũ adire. Erat eĩ pater e⁹ nobilis ⁊ valde potẽs. ergo misteriũ suũ ei nõ reuelauit. Cũ neminẽ curatorẽ haberet recurrit ad h̄ ꝯsiliũ vt lr̄ãs eidem sapientissimo origeni dirigeret ⁊ secretũ ei patefaceret in h̄ v̄ba. Viro alexandrie nobilitate animi longe lateq3 ꝯsperso origeni. barbara nichomedie tua ancilla. Decus et honorem desiderij mei accepi fore te vere diuinitatis ostensorẽ. A p̄ma eni scintilla ingenij mei cum toto corde cõcupiui. vt ad veri dei noticiã ꝑuenirẽ. mente ꝯcepi nullã deitatez inesse lignis et lapidib⁹. q̄ humana arte cõposita sũt. q̄ nõ recipiunt sensibilitatẽ. et nec loqui nec audire possunt. vnd̄ semꝑ pertractaui eẽ falsos [illegible] hoĩes posse eẽ deos quia homo inc[illegible]it et desinit eẽ. deus autem

ante tpa fuit. nō ergo vnq̄z deos credē potui
q̄s hoīes mortales cognoui. In mltis tam
motibus posita sp deū nob ignotū pculdu
bio eē putaui. q̄ sol⁹ cūcta fec̄. quē sp amaui.
huic me sp denoui. a q̄ sū id q̄d sū. nisi me sen
tētia fallit. c⁹ spū aīataz me sentio. nec desistā
donec ad eū ptingā. Quapp̄ter fame tue tu
multu pcussa. pat̄ venerabil̄. mentē meā bis
apti⁹ voluere cēsui. Illū deū solūmō vestiga
re c⁹ cognitōez apd̄ te eē cognoui. Vñ si ita
ē vt fama refert supplices offero p̄ces q̄tenus
discute digneris noctē ignorātie chaos ꝯfu
sionis ab ancilla tua. ⁊ inducere solē iusticie.
lumēq̄z discretōis. Appeto enī verū deū scire
q̄ fecit visibilia ⁊ īuisibilia. ⁊ vtꝝ vere vn⁹ sit
vt ipa iā nc̄ dudū mecū argumētata sum. ꝛc̄
Hāc epl̄az direxit alexandriā ad origenez p̄
sbyterꝝ q̄ ē ī ptib⁹ affrice. caput regiōis illius
lōge distans a nichomedia. Ne āt p̄uaret̄ le
gatōe quā legauerat. ad deū quē nouerat ī
cubiculo cordis sui lacrimas fudit dicens.
Dñe firma pedem e⁹ quē ad famulū tuum
misi. ne aut me aut illum mors preueniat.
vsq̄z relegatio veniat. His et alijs postulati
onibus quibus deuote poterat nuncius
alexandriā īgredit̄. origenē repperit ī palatio
māmee matris alexandrie cesaris. vbi occu
pat̄ in docēdo xp̄ianā religionē. Qui leticia
magna lrās barbare accepit. laudās deuz q̄
hmōi semē suscitabat ⁊ talia opat̄. Et statim
origenes doctor p̄stātissim⁹ accelerat et edi
dit desideriū barbare ī hūc modū. Origenes
veri dei indign⁹ sacerdos. ⁊ vt possibile est
ostēsor ei⁹ adhuc et̄ alexandrie nūc degens.
Barbare barbarice gētis adoptōez filioꝝ d̄i
et ihu xp̄i verā salutez. Sic̄ scp̄seras scire te
velle verū deū q̄s sit. Scire debes q̄ vn⁹ est
ver⁹ d̄s in substātia. ⁊ trin⁹ in psonis. s. pater
et fili⁹ ⁊ spūssanct⁹. q̄cūq̄z h̄ oīa credit oīno
hz q̄ ad deū ptinge possit. Tu āt hec ītellige ⁊
ītellecta crede. et si q̄d defuerit ad plenitudi
nē desiderij in legato req̄re q̄ te legē sanctaz
erudiet. et libros q̄s secum defert tibi leget.
Non et̄ dubites te p noīe xp̄i multis tormē
tis tradi. Ipe ei d[illegible] euāgelica. Qui pdi
derit aīaz suā in h̄ mūd[illegible] pt̄ me. in vitā eter
nā custodiet eā. Origenes misit vnū ex plu
rib⁹ cū nūcio barbare ad barbarā q̄ moduz
magno desiderio ei⁹ daret. Precessit nūcius
barbare et nūciauit nūciū virū dei adesse. fe
cit ⁊ pmisit eū foris stare vtrū ꝯueniēs esset
eū intrare. Tūc illa hoīez aduocari fec̄. Qui
ingressus offerēs salutatōem in xp̄o. Illa as
surgēs inclinat̄. et tā dei nomē q̄z hoīez vene
rat̄. Pater ei⁹ grā visitatōis ad eā venit. vi
dēs virū ignotū tremēs inq̄t. q̄s h̄ et cur h̄.
Rñdit. Alexandrin⁹ medendi arte pitus. q̄
spondet magistrum se habere alexādrie. q̄ ꝯ
vsus medicoꝝ et aīas curat. Pater audiens
recessit. ⁊ ꝯcessit fieri cū ea colloq̄a. Tūc valē
tius sacerdos ⁊ barbara ꝯferūt īter se sua mi
steria. Ibi tūc plecta epl̄a et bñ docta quod
defuit epl̄e ad plenitudinē desiderij a legato
quesiuit et ad libitū inuenit. Cognito autē
q̄uo pat̄ ⁊ fili⁹ ⁊ spūssanct⁹ sit sol⁹ d̄s. ⁊ q̄uo
fili⁹ missus sit a prē. et p susceptā humanita
tē hoīez pditū reuocasset. captiuū redemissz
⁊ p sacrū lauacruz ei⁹ pctā lauisset. accelera
uit ad baptismi grāz. et ab eodē p̄sbro valen
tio quē origenes ad eā miserat baptizata est
in turri. in q̄ eā pater posuerat. Ampli⁹ q̄ d̄i
erāt quesiuit et q̄ sursū sūt cupiēs. libros q̄s
ei origenes miserat freq̄nter legit. ⁊ vald̄ cre
uit ī sciētia diuinoꝝ etiā sine magistro et in
sapiētia diuīa. Legit̄ et̄ de ea q̄ q̄r pulcra fuit
q̄dam de optimatib⁹ t̄re illi⁹. patri e⁹ locuti
sūt vt virū sibi accipet. Ipe v̄o accedēs ad eā
in turrim psuadebat eā dicēs. Filia mea qui
dā de potentib⁹ cōmemorati sūt mihi de te.
vt acciperēt te in ꝯiugio. q̄d ergo vis de hoc
Ipa v̄o intuita prēz cū ira dixit. Ne cogas
me h̄ agere pater. At ipe secessit ab ea. descē
densq̄z instituit multitudinē artificū q̄ face
rēt lauacrū. ꝯstituit q̄uo fieri debuit. tribuēs
singulis mercedē ī integrū. pfectusq̄z ē in re
gionē longinquā. Descēdensq̄z famula dei
de turri videre opus q̄d factū ē. vidit cōtra
septentrionē duas solūmō fenestras. Dixit
artificib⁹. q̄re duas [illegible]nestras īstituistis. Di
cūt ei pater tu⁹ disposuit. Quib⁹ illa. Facite
et mihi aliā fenestrā. Qui dixert̄. Timemus
dña ne īdignet̄ pater tu⁹ ꝯ nos. Dicit eis fa
mu[illegible]a dei. Facite mihi fenestraz. ego de h̄ ac
q̄escere faciā prēz meū. Ipi v̄o fecert̄ aliaz fe

nestrā. Perābulās vo barbara ī natatorio
ꝯtra orientē. instituit in marmoribꝰ eius di
gito p̄ciosam crucē. Depost ascendēs ī tur-
rim vidit simulacra q̄ colebat pater eꝰ. susci
piēs spūm sanctū inspuit in faciē eoꝝ ⁊ dixit.
Similes vestri fiāt q̄ faciūt vos. ⁊ oēs q̄ cō-
fidūt ī vobis. Finitoqꝫ ope reuersus est pa
ter eꝰ de pegrinatōe ⁊ ꝯtēplatꝰ tres fenestras
dixit artificibꝰ. Quare tres fenestras insti-
tuistis. Dicūt ei. Filia tua sic nobis precepit
Ip̄e vo ait filie. Tu imperasti tres fenestras
fieri. At illa. Etiam. Etenī bene feci. Nā tres
fenestre illuminā̄t totū hoīem. Et assumēs
eā pater eꝰ descendēs in natatorio et dixit ei
Quō abūdātiꝰ illuminā̄t tres fenestre dua
bus. Illa rn̄dit. Tres sūt mundū illuminan
tes ⁊ stellarū cursū regulātes. pater scꝫ filius
et spūssanctꝰ. et hi tres vnum sūt in essentia.
Tunc furore repletꝰ pater tulit spatam suā
vt eā occideret. Ip̄a āt orabat ad dn̄m ⁊ ab-
scissa ē petra ⁊ suscepit eā intus. et eiecit eam
sup montē in q̄ duo pastores erāt pascētes
oues suas. Et illi ꝯsiderauerūt q̄ btā barba
ra a facie p̄ris extra petrā fugeret. Pater āt
eꝰ queritando discurrēs veīt ad p̄dictos pa
stores. inquirēdo vtrū vidissent barbaram
filiā suā. Unus āt eoꝝ ꝯsiderans irā p̄ris iu
rauit se nescire eā. Alter vo digito eā ꝓdidit
Beata āt barbara ꝓditori suo maledixit. et
subito ip̄e versus est in statuā marmoreā et
oues eiꝰ in locustas mutate sūt. ꝟ apocrifū
est. At pater eā reperiēs flagellauit ⁊ coma
traxit. eā cathenis ⁊ claue reclusit. vt n̄ aperi
ret ei quisq̄ꝫ. cōstituitqꝫ custodes vsqꝫ dum
abiens nūciaret p̄sidi marticiano. Audiens
ergo p̄ses iussit eā p̄ntari. Preses āt videns
mirā pulcritudinē eiꝰ dixit ei. Qd vis. parce
tibi ip̄i ⁊ sacrifica dijs. aut acerrimis tormē-
tis traderis. Cui illa. Ego habeo sacrificare
deo meo ihu xp̄o q̄ fecit celū et terrā et mare
et oīa q̄ in eis sūt. De demonibꝰ tuis dicit ꝓ
pheta. psal. cxiij. Os habent ⁊ nō loquentur
oculos habēt ⁊ nō videbūt. ꝛc. Similes illis
fiāt q̄ faciūt ea ⁊ oēs q̄ ꝯfidūt in eis. Tūc pre
ses furore repletꝰ. iussit eā expoliare. ⁊ carnes
eiꝰ neruis thaurinis sine miscdia discerpere
ita vt oē corpus eiꝰ inquinaret sanḡne. ⁊ ius
sit eā carceri recludi quatenꝰ tractaret qua
pena eā ꝯsumeret. Media nocte circū fulsit
eā lux de celo in q̄ apparuit ei xp̄s dicēs. Cō-
fortare filia. quoniā copiosū fit gaudiū in ce
lo ⁊ in terra sup passione tua. Non ergo me
tuas minas tiranni. ego eī sū tecū vt eruam
te ab oībꝰ plagis q̄ inferunt tibi. Et stati oēs
plage nusq̄ꝫ apparuerī. Gaudebat āt ⁊ exul-
tabat btā barbara sup exhortatōe dn̄i. Ma
ne facto iussit p̄ses afferri eā. Et intuēs quia
illata ei tormēta nusq̄ꝫ comparuerī. dicit ei.
Ecce quō repropiciati sūt tui dij tibi et dili-
gūt te. qꝛ plagas tuas sanauerī. Rn̄dit bar-
bara. Similes sūt tibi dij tui surdi ceci ⁊ mu
ti. Et quō plagas meas curare poterī. qui
sibi ip̄is remediū ꝯferre nō possūt. Me aūt
q̄ curauit ē xp̄s filiꝰ dei viui. quē tu nō vides
qꝛ induratū ē cor tuuꝫ a dyabolo. Tūc p̄ses
vt leo fremēs iussit carpere latera eiꝰ ⁊ lāpa
des ardētes applicari ei. et malleo caput eiꝰ
cedi. Ip̄a āt intuita in celum dixit. Tu nosti
cordis cognitor dn̄e. qꝛ amoris tui occasio-
ne patior. me ergo ne derelinquas. Pro te
vo has plagas fortiter sustinui. Tunc iussit
impiꝰ preses gladio abscidi mamillas eius.
Que aspiciens in celū ait. Ne ꝓijcias me a
facie tua dn̄e. et spūm sanctū tuū ne auferas
a me. Cū āt hanc plagam fortiter sustineret.
iussit eā nudā circuire regionē illā. et plagis
inferentibꝰ flagellari. At martyr xp̄i videns
in celū ait. Dn̄e deꝰ q̄ operis celū nubibus.
adiutor ⁊ ꝓtector meꝰ esto. et tege nudatum
corpꝰ meū. ne videat ab oculis impioꝝ viro
rū. Hec dicēs. descēdit angelꝰ dn̄i. operiens
eā stola candida. Hoc cū videret impius p̄-
ses. p̄cepit eā gladio trucidari. Tunc furore
repletus pater eiꝰ. suscepit eā a p̄side. et per-
duxit eā in montē. At vo ip̄a gaudens sup
ꝟ festinabat. vt ꝑfectū vite eterne brauiuꝫ acci-
peret. Et adducta in montē orabat ad dn̄m
dicens. Dn̄e ihu xp̄e cui oīa obediūt. presta
mihi hāc petitōem. vt si quis memor fuerit
noīs tui et famule tue faciēs memoriā passi
onis mee. Dn̄e ne memineris pctōꝝ eius in
die iudicij sꝫ ꝓpiciꝰ esto ei tu enī scis qꝛ caro
sumꝰ. Et facta ē v[illegible] de celo ad eā dicēs. Ve
ni pulcerrima mea. req̄esce ī cubilibꝰ patris

mei q̄ est in celis q̄d postulasti donatū ē tibi Quo facto martyr xp̄i ad locū supradictuz venit. et ibi martyriū suū finiuit. a ꝓp̄o eniz prē decollata ē. Patre ei⁹ de mōte descēdente. ignis de celo descendit ⁊ cōbussit eū. ita vt nec puluis e⁹ īueniret. Finita ē āt scā martyr xp̄i barbara cū sctā iuliana q̄rto die mensis decēbris. impāte maximiano. ⁊ p̄sidēte marciano. ¶ Fuit vir nobilis comes saxonie q̄ inimicū suū captiuauit. quē statī in turrim recludi fecit. et familie sue sub pena magna mādauit. ne sibi aliq̄s cibū ꝑ potū mīstrarz vt sic eo citi⁹ moreret fame. Cūqz ꝑ aliquot tp̄s sine cibo ⁊ potu māsisset. custodē turris voce lugubri ⁊ lamentabiliter rogauit. vt ei modicū daret de pane ob reuerentiā gl̄iose v̄ginis barbare ne sic fame moreret. Custos nec clamorē nec p̄ces aduertebat. ⁊ sic ꝑ aliq̄d tp̄s iacebat. ⁊ nemini rn̄sum dabat. Custos v̄o estimabat illū iam mortuū. Rogauit ergo dn̄m vt illuz extrahi ꝑmittet p̄usq̄z corp⁹ mortuū exalaret fetorē. Iniecerūt igit̄ funē in collū detenti. et ad sūmitatē deducentes sic eū de alto ꝓiecerūt. Qui cū ad terrā ꝑuenissz. statim se erexit. ⁊ oēs q̄ aderāt ꝫ videtes in fugā ꝯuersi sūt. Quos ille dulciter monuit. ac ꝓpter deū rogauit. ne fugerēt. sz vt ꝓpi⁹ accederēt. Et cū accessissent ad eū. interrogauert eū q̄uo ꝫ fieret. aut q̄uo viuere posset. Quib⁹ ille rn̄dit. Btā v̄go barbara me in oīb⁹ angustijs meis custodiuit. et in eiectōne turris suis sanctissimis manib⁹ me sustentauit. et mori nō possum nisi ꝯfessus ⁊ sacra cōione munit⁹. et inunct⁹. Interrogatus vn̄ hāc grāz haberet dixit. Ieiunijs ⁊ orationib⁹ oī die. oī anno honoraui eā. et hanc grām mihi apud deū obtinuit. vt mori non possum absqz sacramentis. Quib⁹ ꝑceptis statī spūm exalabat. Aliud exēplū legī⁹ Tempe serenissimi adolfi regis romanorū. accidit vt q̄dam comes ex mādato regis in ꝑtib⁹ oriētalib⁹ p̄sideret. Labēte v̄o tempe famul⁹ q̄dā de ꝓsapia militari. q̄ v̄ginē violauerat incusat. Qui capt⁹. vinculis inclusus q̄usqz cogitaret d̄ ꝯsilio nobiliū. ac ciuitatis q̄ ꝯ euz eēt snīa fac[illegible]nda. Et tp̄e statuto oēs ꝯuenert. ⁊ iuuenis addu[illegible]⁹ē. q̄ intime rogauit vt ꝯfiteret. Vocat ꝯfessor. Audiēs eū. innocentē ip̄m inuenit. Vn̄ ꝯfessor eū induxit vt btē barbare ꝑpetuū seruitiū voueret. nec ad domū veniret ⁊ rediret. nisi p̄us locū antiquū culmē in prussia visitaret. Q̄d et iuuenis fecit. Interea mulier clamās iudiciū implorat. Iuuenis ille ad iudiciū ducit. Iudex querit de snīa. Iuuenis iam de vita sua desperās. q̄dam ignot⁹ accessit quē nemo nouit. exhortās iuuenē vt iudicez rogaret ip̄m suū v̄bū loq̄. Q̄d factū ē. Tūc tota vniuersitas cucurrit. q̄ ⁊ qualiter ille despectus vellz fari. Et rōnabilit̄ oñdens ꝓlatā snīaz ꝯ iuuenē eē nullā. ⁊ ꝯstāter ꝓbās. q̄ oēs tā nobiles q̄z ciues ⁊ omēs q̄ aderāt illud verū eē dicebāt. ⁊ sic snīaz reuocauert. qz vltra hūanum sensū ꝓtulit q̄ null⁹ ꝯdicere potuit. Et cū predict⁹ iuuenis añ tribunal existebat. p̄ nimio gaudio prosternere se volēs casu accidit vt collū iudicis amplecteret. Q̄d videtes serui iudicis. hostilit̄ irruert ī eū. Hoc pat̄ et amici videtes desperati flētes et lamētantes. q̄si mortuū eum reliquert. Q̄d ītelligēs ꝯfessor su⁹ ꝯfidenter amicis suis ait. Nequaq̄z sic d̄ bn̄ficijs btē barbare diffidetis. q̄a veraciter scio q̄ san⁹ ē. ⁊ nullā patit̄ corpis molestiam Accedētes pater ⁊ amici ei⁹ cum festinatōe nullū vestigiū vulneris inuenert in eo. Gratulabant̄ illi et meritis ⁊ bn̄ficijs btē barbare ei p̄stitis. et magnifice eam laudauerūt. ⁊ sic iuuenis tandez in seruitio beate barbare vitā suā finiuit.

CC

De sancta Brigida.

Sancta brigida uirgo religiosa videns sibi instare tēp⁹ desponsatōnis. dn̄m rogauit vt aliquā deformitatē sibi īmitteret. vt saltē ꝫ mō ꝓcerū instantiā vitaret. Tūc vn⁹ ocul⁹ eius crepuit. ⁊ liquefact⁹ ē ī capite suo. Accepto ergo sacro velamīe brigida cū alijs v̄ginib⁹ sacris velatis ⁊ deo deuotis in oꝓpido medi extitit. vbi dn̄s ei⁹ orōne plurima dignatus est facere miracula. Hospitē q̄ndaz marcū noīe sanauit. ¶ Becē ⁊ octo ecclesijs de vno modio ceruisiā a cena dn̄i vsqz in finez

pasce sufficienter mīstrauit. Leproso cuidaz petēti lac. cū nō haberet aquā frigidā porrexit. sz ī lac aqua ꝯuersa ē. eoqz hausto puella q̄dā sanata ē. Deinde leprosū curauit. duos cecos illuminauit. Cōtigit vt cā cogente iter faciēs in vadū fluuij laberet ⁊ fracto capite sanguis emanauit. q̄ mulieres due mute linite vocē receperūt. Post h̄ vas p̄ciosū regis a manu rustici lapsuz dissiluit ⁊ ne rusticus damnaret a brigida ītegruz restitutū est. Cunqz mulier q̄dā leproso poma negaret. Brigide p̄cib⁹ pomeriū fūdit⁹ exaruit ⁊ poma nouiter intus relicta penit⁹ euanuerūt. Hinc iter faciēs ī curru. vidit pauperez q̄ndaz cū familia sua multo sudore ligna ferentē. ⁊ miserta dedit illi eq̄s suos. Et illa cū puellis suis iuxta viā cōsedit ⁊ ait. fodite sub cespite ꝓpinq̄. vt aqua ꝓrūpat ꝓpt̄ pegrinātes. mox cespite eiecto fōs ꝓsiliēs emanauit. Hoc facto dux inde trāsiēs brigide duos equos dedit. Appropinq̄nte die pasce dixit brigida puellis suis. q̄ lauabit infirmas nrās sorores. Cūqz ille vtpote iuuēcule oēs recusarēt. brigida ītrauit maīb⁹ illas lauans ⁊ ab īfirmitate sanauit. q̄ꝝ vna erat ꝑalitica alia demoniaca. alia leprosa. In domo q̄dā aliena sctā brigida manēte. casu ꝯtigit vt oēs exirēt. ⁊ venerī q̄dā petētes panē. ⁊ brigida circūspiciēs dixit puero ꝓpe cubāti ꝑaliti co ⁊ muto q̄d tñ ipa ignorabat. puer scis vbi sit clauis. ⁊ ille rñdit. scio. dixit ei brigida. surge ⁊ mīstra ill'. ⁊ factū ē ita In domo vna xij. īfirmos curauit In ꝯcilio magno mulier q̄daz vni ep̄o crimē sui ꝑtus īposuit. cui cū btā brigida os signo crucis signasset illa ītumuit a vertice capitis vsqz ad plantā pedis. nec tñ v̄itatē ꝯfessa ē. Dixit. dic infātule q̄s ē pater tu⁹. Et ille rñdit. Ep̄s pater meus nō ē. sz q̄dā ī extrema ꝑte ꝯcilij vltim⁹ et turpis et vilis. In dieb⁹ illis veīt ad sctāz brigidaz q̄dā v̄go q̄rens elemosinā ab illa. Cui brigida dixit. Accipe vaccā meam ⁊ abduc. Cui illa rñdit. Vacca mihi nihil ꝓdest. venient ergo latrones ⁊ auferēt eā mihi. Brigida dixit. Accipe cingulū meū et eo aq̄ intincto spargēs ⁊ sanabis īfirmos. Quo arrepto leta abijt ⁊ ab īfirmis sanatis lucra mlta ꝯxit ⁊ pauꝑib⁹ xp̄i distribuit In tp̄e famis brigida ꝑrexit ad ep̄m iboꝝ vt ab eo peterz fruges Ille tp̄e q̄dragesime cū aliū ñ haberet. panez durū cū lardo ꝓposuit. ⁊ illa cū ep̄o comedit Due āt illi⁹ puelle nolētes carnē comedere abscōdert. sz ille verse sūt in duos serpentes. vñ grauit a brigida corā ep̄o increpate sunt Tūc eis penitētib⁹ ill' orātib⁹ serpētes mutati sūt in panez. Post mlta talia admiranda brigida migrauit ad dñm.

CCI
De sancto Gangolfo.

Gangolf⁹ ex nobili genere burgūdie oriund⁹ fuit Qui q̄dā vice ī cāpania ad fōtē veniens et de aq̄ bibēs. venit dñs loci vbi fōs emanauit. et ei fontē venalē exhibuit. Sctūs v̄o memor illi⁹ v̄bi dñici. Si dixeritis huic monti tolle te. ꝛc. emit fontē centū solidis. Cū aūt h̄ vxori domū veniēs narraret. et ab ea deris⁹ baculū quē maū tenebat solo infixit. q̄ retracto statī fons erupit. sic ille quē emerat. ⁊ in loco vbi ī cāpania fuerat nunq̄z pl⁹ emanauit. Vxor aūt ei⁹ a q̄dā clerico nephario polluit. ita q̄ d̄ h̄ eam suꝑbis īterpellaret. ⁊ ipa instant negaret. Immitte inq̄t manū in fontez vt d̄s q̄ cūcta videt v̄itatē oñdat. Illa īperterrita īmisit. statim carnes vsqz ad ossa depēdebāt. Tūc ille. morte q̄dē dig̃es. sed et q̄ cūcta iudicat reseruo te. Cleric⁹ v̄o mulieri adherēs q̄dā nocte ceruicē gāgolfi abscindere volēs. ip̄m in coxa vulnerauit. Qui p⁹ aliq̄s dies sūpta cōione ad dñm migrauit. q̄ miraculis multis claruit. Cleric⁹ v̄o vt iudas mortu⁹ crepuit medi⁹. Vxor āt gāgolfi cū audiuit q̄ marit⁹ ei⁹ egros sanaret rñdit. Sic fac̄ v̄tutes gāgolfus. sic anus me⁹. statī a ꝑte illa turpis son⁹ ꝓdijt. Taliqz deinceps subiacuit opprobrio. vt oī vita sua eodez die scz sexta feria q̄t v̄ba ꝑtulit. tot turpes sonos ab illa ꝑte emisit.

CCII
De sancto Udalrico.

Udalricus ex nobili alem[illegible]orū genere ort⁹ in mona

sterio sancti galli enutrit. vbi dū habituz vel let accipe. ab inclusa ꝓhibet. dicente sibi ꝙ futur⁹ eēt eps ī augusta. Qd ꝓcedēte tpe factū est. Quadā vo die cū sctō cōrado ꝯstantiensi epo ad mensā ꝯsedit. a q̄ ꝯsurgens ter missā celebrauit. qd dū cōrado īnotuit dixit. Nemo illi hodie saturior ad missaz accessit credēs eū comedisse. Per oleum in cena dñi ab eo ꝯsecratum multi sūt sanati ⁊ oculi plurimi illuminati. Quodaz tpe ī die scti iohis baptiste graui īfirmitate oppress⁹. duo iuuenes astiterūt ei. q̄z vn⁹ ait. Quare nō surgis. debes enī ad sanctū iohem missā hodie celebrare. Qui surgēs bis eodē die celebrauit. Post multa miracula anno dñi nōgentesimo. etatis sue octogesimo tertio. ordinationis sue quinq̄gesimo migrauit ad dñm. Cui⁹ corp⁹ cū ad lauandū fuit denudatum tāta fragrātia d eo emanauit. vt cūcta pectora astātia replerēt. Portat igit ad eccīam. supueīt ⁊ volfgang⁹ ratisbonens eps. ⁊ ipm ī eccia sctē affre honorifice sepeliuit.

CCIII
De sancta Affra.

Affra filia hilarie a cui⁹ ꝓgenitores a cypro venerūt cū eēnt cultui veneris dediti. ipa cum ancillis suis meretricio se dedicauerat Harū ꝓstibulū narciss⁹ eps cū felice dyacono ꝑsecutōem dyocleciani deuitās. ignorās ingressus est. Et ꝑmo ꝓturpi amatore susceptus ē. postea xpianoꝝ epus cognit⁹ Affra pedib⁹ epi aduoluit. ⁊ statim conuertit. Be mane xpiani querūt. sz affra sub lini fasciculꝰ eos abscōdit. Tūc affra epm ad hilariā matrē suā ducit. q̄ et aduoluta pedib⁹ ei⁹ efficit xpiana. Tūc clamat demon sup epm se īiuste a suis habitatōib⁹ expelli ⁊ recusat abscedere. nisi aliq̄ aīa sibi in ptātez detur. Datur ergo ei draco magn⁹ ab epo in faucib⁹ alpiū quē statim demon occidebat. Tūc narciss⁹ domū hilarie in eccīaz ꝯsecrauit. ⁊ dionisiū auunculū affre epum ordinauit ī augusta. Affra vo cū solita exercere negligit. gayo iudici accusat. Cui dum [illegible] pagan⁹ diceret deū xpianorū meretrices [illegible]bhorrere. ⁊ xpm habitare in talib⁹ nō posse. Affra respōdit. Christuz ꝓ pctōrib⁹ venisse. Jubet in insula lici fluminis cremari. mater autez et ancille dum eam sepelissent. ibidem cōprehense in igne cremant.

CCIIII
De sancto Osualdo.

Osualdus rex anglorꝝ fili⁹ achie. sororis sancti admūdi regis q̄ ⁊ ꝓ xpo occubuit. fuit vir magnaꝝ elemosinaꝝ. In die pasce ab aydano lindifranensis diuina audiēs. ⁊ cū liguā ignoraret rex ꝓplo īterptabat. Et die dū pauperes ꝯfluerent. et iam oīa victualia eēnt distributa. discū argenteū fecit ꝯfringi. et dari egenis. Cui eps ꝯgratulans. manū ei⁹ osculabat dicēs. nūq̄z inueterascat h̄ man⁹. et factū est ita. Permanet enī vsq̄z hodie. Qui etiā die ac nocte vacabat diuinis. et aut supinis aut flexis genib⁹ grās agebat. Fratre suo camfrido ab impijs ꝑempto. ducem britonū cum multis sup se venientē ipe erecto crucis vexillo et flexis genib⁹ supauit. Nono āt regni sui āno etatis vo. xxxviij. rex mericioꝝ q̄ antecessorē suū ꝑemerat. ipm in prelio occidit. et caput cū manibus ⁊ brachijs ignominiose stipiti suspēdit. q̄ postea multis claruit miraculis. Scolastic⁹ quidaz bona dicēs. ⁊ mala faciēs ad extrema ꝑductus. vidit se ad inferos duci. īuocat auxiliū osualdi. et allata sibi particula pali in quo caput osualdi cum manibus pependit. et in aqua benedicta posita et eo potato vitā obtinuit ⁊ salutem.

CCV
De sancta Tecla.

Tecla sponsa thamiri. sedēs in fenestra sua audiuit paulū q̄ yconiū venerat de virginitate p̄dicantē. illi adhesit. Tytus inibi precesserat ⁊ paulū sic descripsit. Statura breuis. capite robusto. supcilijs iūctis. naso aq̄lino grā plen⁹. Tūc mater tecle filiā cū aplo accusauerat. vñ ambo ad ꝓconsulē trahūtur. matre ꝯtra filiā clamante. qz sponsum suuz

contēnit ⁊ huic adheret. Tūc paul⁹ expellit̄. et tecla igni iniecta illesa exiuit. ⁊ inueīt paulū ꝑ se orantē. ⁊ statī sequit̄ antiochiā. Ibiq3 a quodā ꝯcupiscit̄. sed vidēs se ꝯtēni ꝑ sacrilega iudici tradit̄. Sequenti die tecla inter leones ⁊ leenas ⁊ vrsos ꝓijcit̄. sed oēs se inuicē interficiūt. et v̄go illesa ꝑmansit. Tunc in aquā inter feras ꝓijcitur. et dixit. In no. pa. et filij ⁊ spūssancti sit mihi hec aqua fons baptismi et oēs fere statim moriebant̄. ¶ Iterum in ampitheatro inter feras ꝓijci crudeliores iubet̄. sed pie matrone ꝯfluūt ⁊ odorifera quedā aptant vt fere dormiant ⁊ mitti gent̄. quib⁹ statim soporatis. thauri ferocissimi adducūt̄. quib⁹ ignita ferramenta ad genitalia ligant̄. vt magis seuiāt. et v̄go ligata inter illos ꝓijcit̄. sed illesa ⁊ cōbustis vincul' absoluit̄. Deinde iterꝫ cū apl'o suironā ꝑgit tandem a paulo recta benedictōne sumpta yconiū redijt. ⁊ spōsū mortuū reperit. Mater ei⁹ in sua nequicia ꝑmansit. ipa v̄o multarum v̄ginū mater extitit. et orans ad dn̄m migrauit.

CCVI
De sancta Kunegunde.

Ex nobilissimo parentū magnoꝝ videlicz augustoruz sanguine duo īmarcessibilis glorie flores emicuerī. scd̄s videlicz heinric⁹ romani imperij gloriosissimuz dec⁹. eiusq3 dignissima collectalis pie memorie kunegundis impatrix. Eadē v̄o btā et deo dilctā kunegūdis terreno impatori corpaliter. nō carnaliter ꝯiūcta. celesti regi v̄ginitatez suā ꝯsecrauit. quā vsq3 in finē casti ꝯiugis ꝯsensu deo teste ꝯseruauit. Quod postmodū diuinitatis testimoniū ne lumē in tenebris lateret ostendit. dum eam ad ꝯfūdendū virginitatis hostē ⁊ obstruendū os mendacium ꝯtra virginez xp̄i loquentiū. sup ignitos vomeres incedere. et illesam procedere dedit. In fastibus itaq3 ꝯstituta. ꝯtinentie sue gloriam sub terreni clamide imperij satagebat abscondere. vt tanto ꝓpensi⁹ q̄nto efficaci⁹ poterat ꝑmoueret. que deo instigāte illo q̄3 adiuuante ad laudē ip̄i⁹ cogitabat ꝑficere.

Deniq3 postmodū nouellā fecūdissime plātatōnis sue eccīaz quā cū illo suo studiosissimo cooperatore heinrico in loco bābergēsi venustissime sicut hactenus cernit̄ fabricauit. sub patrocinio p̄ncipis apl'oꝝ btī petri ⁊ sancti georgij martyris. monasteriū sub regula beati benedicti ad aquilonarē plagā ī honore sancti michaelis archāgeli extruxit. non minori studio p̄dioꝝ q̄3 ac diuersorum donarijs ornamentoꝝ. Tertiā demū v̄sus meridiem sub ordine canonicoꝝ sub titulo beati ꝓthomartyris stephani paruo quidē scemate sed maiori opera de suo matrimonio eccīaz dedicauit. ad quā dedicandaz benedictū papam quē p̄fatus deo dignus imperator heinricus ad cōfirmandū bābergēsem pontificatū aduocauerat. venire rogauit. ipa q̄3 illud psalmigraphi secū decātās. Dn̄e dilexi decorē dom⁹ tue. Diuersa eidez eccīe iuxta impialem magnificentiā munera contulit. in diuersis eccīe ornamētis. que oīa ip̄e dn̄s apl'icus. vt semꝑ memoria fundatricis ip̄ius illic floreat. ne quando ꝑ fraudem aut violentiā vel furto subtraherēt̄ inde. dura banni sui innodatione septuagīta q̄3 duoꝝ ep̄oꝝ q̄ illic aderant autoritate ip̄o die cōfirmauit. Itē monasteriū ad honorē scti saluatoris nostri iesu xp̄i et ei⁹ victoriosissime crucis. in loco qui cōfugia d̄r. magnifice construxit. et ancillaꝝ dei ibidez deo s̄m regulā beati benedicti seruientiū congregationem decentissime declinauit. Porro cooperante ei in oīb⁹ impiali maiestate. idem monasteriū oī ornatu decorauit. an̄ p̄ncipale altare yconā de auro et lapidib⁹ p̄ciosissimis statuit. calices aureos et argenteos. catinos aureos. aureos vrceos. pallas ⁊ casulas. vela et cortinas. cappas auro ⁊ gemmis p̄ciosis intextas. et cetera vtensilia siue vasa ad misteria tanto studio ⁊ tam sūptuosis expensis eidē eccīe ꝯtulit. vt quicūq3 ea intuēt̄ regiā munificentiā ⁊ mirā vtriusq3 impatoris videlicet ⁊ impatricis deuotōem ī deuz magnopere mirari nō cessent. Preter has p̄ncipales sue opationis ⁊ p̄marias eccīas. que cōuentualis eccīa. que monasteria. illorum donatiuo nō gloriant̄ se aut in predijs

dilatatas aut decoratas ornamẽtis. Alias enĩ antiquitate collapsas reedificauerũt. q̃s dam etiã destructas et ad nihilũ redactas in pristinũ vl'etiã in meliorẽ statũ instauraue rũt. Et sicuti prudẽtes vgines oleũ sue misericordie ĩ diuersos effuderũt. vt merito dicere possint. xpi bon⁹ odor sumus in omi loco ⁊ coniugiũ nõ voluptate sz bona volũtate copulatũ. ⁊ sanctũ matrimoniũ vbi vna fides inuiolate castitatis. vbi vn⁹ spũs misericordie et veritatis. vbi idem velle in vtutib⁹ idem qz nolle in vicijs. vbi nec pmus nec alt̃ discerni potuit dum alter q̃d pmus voluit. vbi par anim⁹ ĩ multifarijs operũ effectib⁹ pares in duob⁹ ostendit affect⁹. quales bas nuptias dixerim. nescio. vnũ scio. qz nostra modo nescit regio tales. dũ ppter regnũ celoꝝ se castrantes. nec prolem terrene fecũditatis expectãtes. celibẽ a deo generationem reciperẽt. a q̃ꝝ ore laus di nũq̃z deficiet. Hec est generatio querentiũ dñm. q̃ viuentes in xpo mẽbra sua mortificãtes ppter xpm. sup terrã morientiũ. mõ regnãtes cũ xpo. bona dñi sui vident in regione viuentiũ. Quoniã de vita et miraculis pij heinrici christianissimi impatoris ⁊ miseratõibus variis q̃s fecit in domo dñi. de signis q̃z ⁊ miraculis q̃ post transitũ ipi⁹ pcũ fec̃ de⁹. satis ac digne scpta sancta recepit eccia nũc animũ pupugit ac in mentez venit vitã memoriãde virginis nostre breuiter explicare. ⁊ memorie scripto cõmendare. vt ad exemplũ ei⁹ se intuentes quecũq̃z vgines quecũq̃z vere vidue pfecte vite normã arbitrẽt̃ quersatõz illi⁹. Indignũ ei nob ⁊ magis opẽpcũ digne duxim⁹ vt illi officiũ subtrahamꝰ oris. cui⁹ puidẽtia q̃tidie alimẽta pcipimus corpis. Heinrico itaq̃z suo sue castitatis patientissimo sẽp custode. vbi eã suis vginẽ vti transduxerat. in xpo resignauit. ad celestia q̃ iugiẽ suspirabat gaudia trãslato. illa se ad deũ vt sp totã ptulit ipz sue castitati. necessitati ac saluti adesse illũ suis ecclesijs. illũ filijs q̃s ei in ipo aggregauerat pñtez affore. aduocare. vigilis orationibus instare. die practicaz cum martha noctu ptemplatiua cũ maria vitã agere nõ cessabat. Quanta vero elemosinarũ largitate. quanta orõnis instantia. pro beati coniugis defuncti aĩa desudauerit. in subscripta pagina quã ipa p se. nam lrãꝝ et artiũ aliaꝝ distinguere auro gẽmisqz sacras vestes paratissima fuit. cõposuit ⁊ scpsit q̃cũq̃z voluerit agnoscere poterit. Kunegũdis diuina dispensatõne solo imperatrix noĩe. specialit̃ dilecte ꝓgregationi in confugia. quicq̃d iuste conuenit dilectõni. propie aduersitatis sarcinam facilius. veluti estimo. tolerarem. si vestras res saluas incolumesqz existere viderem. Quãuis enim mens procellosisqz curaruz fluctibus vndiqz quatiatur. vestre tamen recordationis ancbora. a cordis profunditate non euellit̃. Et licet longe remoti ab oculis. ab animo tamen nunq̃z recedetis. quis nos separabit a caritate christi. casus doloris an longinquitas remotionis. Qui etiam si amisse facultatis vsus cõcederetur. voluntas bec operis exbibitione cõprobaretur. Ipum tamen modicum q̃ adbuc deo volente reliquum tenemus. vestre communioni alienum esse nolumus. vt participatione paruitatis reueletur magnitudo deuotionis. Mater nanq̃z si paruz babuerit parum filijs tribuit. Ecce bec modici sumpt⁹ munuscula ad refectõnem vobis mittũtur carnis. vt animã senioris patris vestri continua oratõnis alemonia reficiatis. quoniã tot iustoruz preces vnanimiter continuate apud deũ multũ possũt proficere. iacobo attestante multum valet deprecatio iusti assidua. Ille etiam atq̃z etiam iustus domin⁹ qui iusticias dilexit. equitatez supplicatõnis exaudire non respuit. sed vobis indefessis intercessoribus supradicti cari memoriã faciẽtibus. salutis dabit premiũ. quod ipe pmittit dicens. qui perseuerauerit vsq̃z in finem saluus erit. Atq̃z bonuz opus in conspectu etiã dei placitũ eẽ cernitis si non solũ p illis qui in bac vita positi. multa vobis dona. sz q̃ nulla fecerũt oraueritis. Obsecro ergo vt eũ a cordibus vestris nũq̃z abiciatis. q̃ vos tanq̃z ppias amauit. atq̃z bũc locuz vestra seruitute florere voluit. Estote quoq̃z mee necessitatis memores. sẽp ĩ bilaritate cordis misericordes. ẽm illõ apli. dilectio sine simu

latōne. Necnō vestre mentes in quadā mu
tue caritatis soliditate magis ac magis cō
crescāt. q̄ten⁹ in die tribulatōnis clamorē ve
strū ip̄i⁹ aures exaudiāt. q̄ dic̄ vbi duo l' tres
ꝯgregati fuerīt ī noīe meo in medio eoꝝ sū.
Qd̄ vos oī modo ꝓmereri hortor eodē p̄stā
te q̄ cū prē ⁊ filio ⁊ spūsancto viuit et regnat
ꝑ oīa secl'a scl'oꝝ amen. ¶ Beniqꝫ conrado
sibi succedēte in regno. ip̄a curis secularib⁹
sic̄ iamdiu desiderauerat exonerata. iam in
ip̄o aniuersario die trāsitus scti heinrici. ar
chiep̄os cū ep̄is ad dedicatōem confugiens
eccīe ꝯuocauit. vbi inter missaꝝ solēnia īpe
riali decentissime oī ornatu culta ante p̄nci
pale altare virgo deo deuota processit. ibiqꝫ
thesaurū incōparabilē. ligni videlicet dn̄ici
crucē. paruā q̄dem in materia. sꝫ maximam
in v̄tute dn̄i obtulit. At vbi lectio euangelij
in q̄ sup arborē crucis ascendens ꝯspicientē
se ih̄m suscipe. et ab eo bn̄dictōnem pusillus
meruit accipe lecta fuit regalem purpuram
exuens. tunicā fusciorē quā ip̄a sibi manib⁹
suis opata fuerat. sacerdotali bn̄dictōne da
ta. vestē religionis induit. ⁊ multis quidem
ꝑ se flentib⁹. pro illa āt gaudentib⁹ q̄ iam se
culū damnasset in vestib⁹. capillis q̄ hucus
qꝫ in eodem monasterio ꝑ veneratōne ser
uāt̄ p̄cisis. imposito sibi ab ep̄o velo anulo
fidi subarrata. gratulabūda succinuit. Po
suit signū in faciē meā et anulo suo subarra
uit me dn̄s me⁹ ih̄s xp̄s. Ita spōso xp̄o cōse
crata dū filiaꝝ suaꝝ se sctissimo cōtubernio
applicuisset. non vt mater filiab⁹ se p̄ferebat.
sꝫ oīb⁹ inseruiēs. seruilē ꝑsonā se ostēdebat.
ita tn̄ vt cū oīa faceret. ostentatiōem fugeret
singulorū. ne reciperet in p̄nti seculo merce
dem suā. Operabat̄ manibus suis. sciēs scri
ptum eē. qui nō operat̄ nō manducet. Spō
so suo aut orans loquebat̄. aut psallens ad
eccīe limina pene inuisa properabat. nihil se
ueritate illi⁹ iocundius. nihi iocunditate se
uerius. tristis in risu. in tristicia suauis. bre
ue vite spacium eterna memoria compēsa
bat. Idem illi oratōnis locus et quietis fuit
idē sp habitus. incultum corpus. dum sciret
reijciendas delicias corporis quod paulo
post vermibus exarandum fuit. semp eam
legere aut legentem audire vidisses. multa
illi circa ꝯtubernales deuotio. frequens de
cubātiū visitatio solicita pauperū ꝯsolatio.
¶ Preterea eam fecisse plura miracula cre
dim⁹. sed q̄ gloriā humanā et oleū adulati
onis semp fugeret. illa voluit esse suppressa.
aut incurie hoīm seu reuolutōni temporuꝫ
non defectui deputandū virtutū. Vn̄ etiaꝫ
tāte maiestati indigna scribendi minor ma
teria fuit. pauca tantū q̄ in scp̄tis reperim⁹.
vl' veridica sanctimonialiū vbi illa pro xp̄o
militabat relatōne cognouim⁹. hic inserere
dignū duxim⁹. Cum post oratōnis frequē
tiam inter lectionis lassitudinē ancilla xp̄i in
lecto non plumis extructo. sed cilicio strato
membra sopore grauata remisissꝫ. puella sa
cra q̄ de more illi assidebat. sacros codices le
gens. cum vere ad mediū noctis lectionem
extenderet. caligantes oculos clausit. lumen
qꝫ e manib⁹ elapsum. paleas corripiens sui
fragore circūiacentes sorores excitauit. cla
more ex ꝯcussu facto virgo christi de somno
excussa. duꝫ colluctantes inter se flāmas cir
ca se aspexit. ad oratōnis arma se conuertit.
et signo crucis adustionē illam absqꝫ omni
suarum lesione vestium auertit. Tua h̄ chri
ste opera qui babilonem regem in suo furo
re confudisti. et babilonios ignes. vt pueri
tui liberarentur illesi. ¶ Aliud miraculum
tam timendū q̄ꝫ mirandū huic placuit sub
scribere. in quo animi illius ꝯstantiā et rigo
ris seueritateꝫ discere poteris. Habuit secū
sororis sue filiā iutam noīe. quaꝫ a p̄mis an
nis educatā oī disciplina seculariū q̄ꝫ lrāꝝ
scientia instruxerat. Hec materterā non mi
nus religionis q̄ꝫ dilectionis amore in mo
nasterio secuta. et consecrata fuit. Hanc in
omnibus plene instructam. vt eius in ora
tionibus. vigilijs ac ieiunijs ꝑseuerantiā et
a dn̄o patientiā perspexit. omniū assensu et
rogatu p̄mā in ip̄o cenobio eam abbatissaꝫ
prefecit. Cum virgo mater filiam suscipiens
iuxta commonitōnem sanctam iam duduꝫ
habitam precedentium patrum repetens
alloquia. monet ob salutis affectum vtilia
ac deo placita sep[illegible]cere. frequenter audi
re. solitas religios[illegible]tineris vias nō deserere.

magis magisq; errorū deuia. ⁊ dyaboli cal-
care figmēta. nullā luci ac tenebris. veritati
atq; mēdacio. turpitudini atq; egestati. apd̄
dei seruos docet eē cōmunionē. solicite caue
re ne vana sectādo desineret eē templum d̄i
fieret habitatio tenebraruz. fieret demonis
monumentū lumīa sua in dei defigere aspe
ctū. Primāq; docet facere vt fructū doctri
ne sue ipa in illis deo adiuuāte possit īueni-
re. Hec ⁊ hmōi iterꝫ atq; iterꝫ materno studio
ei inculcans. q̄i in oīb⁹ iā pfectā ⁊ ipa magi-
strā venerari cepit. Illa vbi ī matura liberta
te posita est paulatim a rigore suo deficere.
meliorē cultū. lautiorē cibū. viciorꝫ alimēta
desiderare. vltima in choro. p̄ma ī cōuiuio.
puellarū fabulis interesse. ⁊ in omīb⁹ laxius
se agere cepit. Pro hmōi leuitatib⁹ dū eam
sancta dei p̄uatim inter se. publice corā om-
nib⁹ argueret. sepius obsecraret. increparet
nec illa velut matertere patrocinio aut fami
liaritate vane ꝯfisa emēdarat. q̄daz die cum
ipa cū cōuētu crucē. nā dies dn̄ic⁹ erat. seq̄t.
abbatissa defuit. quā illa inquirēs ⁊ epulātē
cū coeuis ī cōclaui reperiēs. zelo pietatis ar
mata cū v̄bo correptiōis dextrā maxillā ei⁹
pcussit. q̄ q̄i sigillū qd̄dam formā digitoruz
accepit. qua oī tēpe vite sue nō caruit. De
q̄ nimirū facto ꝯstat. qr nō tantū p se sz alio-
rū emendatōe h̄ ptulit. vt h⁹ visio aliis pro-
ficeret. ⁊ ad melioris vite statū a vicijs suis
retorqueret. Forte ⁊ illud detractorib⁹ fa
bulosuz et infidelib⁹ videre ridibile putabit̄
q̄ sanctitatē illi⁹ quaz grā hūilitatis ipa ho-
mines latere voluit elemēta loquūt̄. Beni-
q; cū post lectōez euangelij suo solēni more
ad altare sacrificatura accederet. dextera ma
nus sue cirothecā detrahens. cū null⁹ q̄ reci
peret adesset. a se reiecit. quā radi⁹ solis p fe-
nestre rimulas ītrans suscepit. et tādiu q̄i fa
mulādo sustinuit. donec illa post sacrificiū
rediēs eā reciperet. Tale et q̄d in beati veste
goaris aliqn̄ diuina v̄tute ostensū fuisse le-
git̄ q̄ dū a sede rustici treuerensis pontificis
despicit̄. a sūma maiestate p maioris lumīa
ris famulatū honorat̄. Omniū itaq; capax
erat meritorꝫ. q̄ [illegible] cunctaꝫ meruit habe
re virtutū. Quindecim in sancto proposito
supuixit annos. tam hūilitatis grā q̄z pro re
ligionis reuerentia oīb⁹ admiranda. Tādē
p nimia ciborꝫ abstinētia. orōnis ⁊ vigiliaꝫ
incredibili pseuerantia cepit corpe langue-
scere. et ingrauescente morbo paulatim defi
cere. sed dū mēbra dolore ꝯtraherent̄ exteri⁹
tn̄ spū qr laus dei in ore ei⁹. sp ꝯfortabat̄ in-
terius. Vocabat sāctos angelos quorꝫ h̄ vi-
ta illic nūc ꝯsortio fruitur. apl̄os ⁊ ꝯfessores
quorꝫ fidem semp ⁊ ꝯfessionem tenuit. inter
pellabat. virginū xp̄i in suo exitu inuitabat
chorꝫ quarū emulatōne in carne dum p̄ter
carnem viueret. immaculatū christo conse-
crauerat thorꝫ. omniū deo famulantiuz sibi
adesse sibi occurrere orabat auxilium. Ve-
re quod scp̄tum est. timentibus deum om-
nia cooperantur in bonum. in obitu tante
virginis vidimus comprobatū. necduz spi-
ritum exalauerat. necdum christo debitam
reddiderat vitam. et iam fama volās tanti
prenūcia luctus. nō tantū sacratas virgines
aut diuersi ordinis viros. sed ⁊ totius vrbis
ꝓpl̄os ad exequias cōgregabat. Sonabant
psalmi et totā domū [illegible] sacrū corpusculū ī
medio sup illo nobili sui cilicio cōpositū ia-
cebat ī sublime resonās letania p exeūte aīa
quatiebat. Interim ex more regales tanq̄z
impatrici. nō vt paupcule debent̄ sorori. pa-
rant̄ obsequie. aurea feretro obtendēda pfe-
runt̄ velamina. Cū illa pallētes vult⁹ quos
ante vt sponso venienti letos videres ad os
retorquere. manu annuere. amictus iste ait.
nō est me⁹. auferte hinc. Ornat⁹ h̄ alien⁹ est
his terreno sponso. istis celesti sū copulata.
nuda de vtero matris mee egressa sum. nu-
da regrediar illuc. his misere vilem carnis
materiam inuoluite. ⁊ corpusculum meum
iuxta tumulum fratris mei ac domini hein
rici imperatoris quem me vocantem video
in proprio locello reponite. His dictis in
manū domini spiritum commendans car
nis sarcina abiecta. ad suū anima reuolauit
auctorem. et in antiquam possessionem diu
peregrinata conscendit. terris matrem com
munem se amisisse flentibus. celis autem
conciuem in suū consortiū se suscepisse gau-
dentibus. Ita demū sacro illo corpe feretro

supposito nobiliū ordīe p̄eunte. multis hīc inde ꝯfluētib⁹ turmis. cū illo sibi sp̄ familiarissimo pauperū ꝯtubernio. ad locū p̄destinatū sepulture felices exequie vsq; delate sūt Cū v̄o relictas vrbes. vacua rura. desolatas ciuitates. vndiq; ꝯcurrere ꝓplos videres. matres puulos suos in brachijs gestātes. infirmos ī grabatis iacētes. sanitatis grāz sperare. felicē se credere. sicui aut feretro iūgi. aut ab ipo ꝯtigisset obūbrari. Tandē in ecclesiā beati petri corp⁹ nō sine labore deportatum triduanas ibi meritis suis ac bn̄ficijs cōdignas habuit exequias. filij q̄s ipa illic in xp̄o aggregauerat. de matris pace iā securi. p̄ se āt soliciti incessanter psallebāt. dū eā sibi ad horā subtractaz sine timore amissiōis in spe ꝑpetue intercessionis recepisse plaudebant mater de celo filioꝝ ꝓspectās affectū gaudebat. Ita velatū sacruz corp⁹ sacris vestibus dyademate xp̄i supposito. suo loculo ī dextero latere [illegible]bacten⁹ venerat̄ repositum est. O felix bā[illegible]bergensis eccīa. recepisti thesauꝝ quē amiseras. proc[illegible] ꝛ malifica lingua detractoꝝ occultoꝝ te[illegible]nio ꝯfutata ē. dum v̄ginitas ei⁹ rebus approba[illegible]nctitas clarescentib⁹ [illegible]is videt̄ testificata. p̄ christuz dn̄m nostru[illegible] Christiane religioni p̄[illegible] fidelis eccīa. q̄ in euangelio voce dn̄i testāte dei mater ꝛ filia p̄ grām noīat̄. Mater. qꝛ sancte opatōis exemplo filios dn̄o generat. Filia. qꝛ v̄ginis filio p̄ salute mundi īcarnato. eruditōne sanctoꝝ patrum quotidie generatur. salutem missam a domino celestis archiatri. effectibus medicine plenam tam corporis auribus animaduertat. Mundane machine conditor. humano generi p̄ inobedientiam lapso condolens. vt eterne vite fruct⁹ facientem nouam plantatōnem scz p̄mitiuā eccīam insereret. patriarchas ꝛ ꝓphetas in mundū mittere dignat⁹ ē. Qui creditū sibi officiū q̄nq; corpis sensib⁹. sexto quoq; qui est spūs ꝓphetie. misteriū incarnatōnis xp̄i. et omīa que de ipo annūciāda erant p̄dicātes. alij asperitate vite. alij diuersis penarum mortib⁹. ipi quem ꝓphetabāt famulatū suum fideliter impleuerunt. Horum limes xp̄s. eterni patris consilio pro liberandis hominib⁹ de intemerate virginis vtero processit. vt iam inchoate plantatōni missis p̄ orbem apostolis atq; de suo corpe fuso cruore fabricatā. nouellā supedificaret eccīam. q̄ sancte trinitatis fide imbuta. ꝛ mūdata baptismi grā. martyres. confessores. et infirmi sexus virgines. animo tn̄ cōstantes p̄mitiuos obtulit. Inter quas beata kunegūdis flos bambergensis ecclesie. cum sancto heinrico qui romanū tenuit imperium. sub coniugij specie. immortali sponso caste v̄ginitatis honore deseruiuit. vnde iam ei⁹ sanctitatis merita p̄ orbem manifesta declaratione apparent. quia in loco vbi sanctum corpus eius quiescit. infirmi quacūq; laborantes egritudine sanitatem recipiunt. Ut aūt ad omīa cautissimi testes sim⁹. v̄itatis amatoribus etati nostre succedentib⁹ de his que scribimus curiose indagantib⁹. scz quo tpe curationuz opatōnes meritis p̄fate imperatricis initiū habuerūt. largiente dn̄o prout possumus explicare volum⁹. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimonono. Inditione. ij. Thiemone tertiodecimo bambergēs eccīe ep̄o. q̄rto pōtificatus sui anno. ad vincula sancti petri. ne de sanctitate p̄dicte virginis ambigeremus signoꝝ expientia certificati sumus. Nā duz solito more ꝓplus ad p̄dictū locū orationuz et vigiliarū causa ꝯuenisset. affuit et quidaz demoniac⁹ de villa q̄ dr̄ beirreut. q̄ nec pietatē agnoscēs nec scelus abhorrens. filiū suuz igne cremauerat. h̄ duris funib⁹ astrict⁹ ad sepulcrū sancte kunegundis ita mansuescere cepit. vt furiali morbo absolut⁹. deū omī potentē laudaret. eiq; cui⁹ patrocinātis meritis h̄ accidisse cognouit. cū caterua q̄ p̄sēs extiterat. debitas laudes declamaret Igitur dū h̄ cū solēnitate chori et ꝓpli deuotiōe agerent̄. quidā ꝯtract⁹ in suburbio de hospitali sancti egidij adduct⁹ sanitatem postulabat. et misericordit̄ exaudit⁹ qd̄ p̄cabat̄ obtinuit. Dum signoꝝ fama totū bambergēsem locū respersissz. ꝯtract⁹ de domo conradi p̄positi maioris eccīe sanitatē affectans. ꝛ q̄zuis natura in mēbris ei⁹ ꝯberrassz. tn̄ put potuit veloci⁹ rep[illegible]ans. venerabili sepulcro

se ingessit. vbi a dño salutē optataz inuenit.
Audiēs h̄ et ꝯtract⁹ de domo ottonis in eadē eccīa canonici. venit q̄ntoti⁹ ad locū sepulcri. sperās sibi ex bñficio grē sicut ceteris subueniri. cui sine mora subuentū eē in xp̄o testamur.

CCVII
De sancta Dorothea.

Dorola uirgo et martyr dorothea. ex patre doro ⁊ matre thea fuit ꝓgenita. ex nobili sangne senatorū. Illis tpib⁹ viguit ꝑsecutio xp̄ianoꝝ in t̄ra romanoꝝ. Uñ ip̄e dor⁹ spernēs ydola. romana derelinquēs p̄dia cum possessionib⁹. agris. vineis. castris. ac domibus. transfretauit cū vxore sua ⁊ duab⁹ filiabus cristen ⁊ calisten. ꝑrexit ī regnum capadocie. veītqz ī ciuitatē cesareā ibiqz habitās genuit filiā de c⁹ vita nc̄ ītēdim⁹ loq̄. Et ip̄a genita ꝑm morē xp̄ianoꝝ occulte baptizata ē a q̄dā ep̄o sctō q̄ nomē ei īposuit ex patre ⁊ matre cōpositū. Dorothea āt ip̄a puella repleta ē spū sctō. v̄tutib⁹ et oī pacis disciplina ībuta. formosa valde sup oēs puellas regionis illi⁹. Qd̄ īuid⁹ serpēs inimic⁹ castitatis dyabol⁹ nō sustinēs. fabriciū t̄re p̄fectum in amorē v̄ginis dorothee stimulans. vt ip̄am carnali ꝯcupiscētia appeteret. Qui mittens ꝑ ea spondens thesaurū et res absqz cōpoti determinatōe ꝑ dote ꝓdere ip̄am legitimo thoro ꝓducēdā. Audiēs h̄ dulcis dorothea q̄i lutū t̄re despiciēs t̄renas diuitias ⁊ ītrepida se xp̄o desponsatā fatebat̄. Qd̄ audiēs fabrici⁹ furore succēsus. mox eā ī doliū plenū feruentis olei mitti iussit. Ip̄aqz adiutorio xp̄i illesa manēs ac si balsamo vngeret̄. Mlti āt paganoꝝ vidētes h̄ miraculū ītra se ad xp̄m ꝯuertūt̄. Fabrici⁹ v̄o credēs h̄ magicis artib⁹ fieri. ip̄am in carcerez reclusit. nouem dieb⁹ absqz ciboꝝ alimētis. q̄ nutrita a sctīs angelis. dū ꝓducit̄ ad tribunal pulcrior q̄z nūq̄z visa fuerat apparuit. cūctiqz mirabant̄ q̄ tot dieb⁹ absqz cibo tam formosa videret̄. Fabricius v̄o dixit. [illegible] deos in p̄nti adores ecu[illegible] penas nō euades. Dorothea respondit. Deum adoro nō demonē. dij enī tui demones sunt. et ꝓstrata in terrā. eleuatisqz in celū oculis. orauit ad dñm vt oñderet oīpotentiā suā. et q̄ ip̄e sit sol⁹ deus. et nō ali⁹ preter eū. Erexerat nāqz fabrici⁹ colūnā ⁊ de super ydolū et ecce multitudo angeloꝝ cū impetu veniēs ꝯterit ydolū. q̄ nec ꝑticula colūne īuenir[illegible]. Et audita ē vox demonū ꝑ aera clamantiū. Dorothea cur nos sic deuastas et multa milia paganoꝝ ad xp̄m manifeste ꝯuertebant̄. q̄ et martyrij palmā ingressi sūt. Ip̄a āt dorothea eculeo ē suspensa. pedibus eleuatis. vncis lacerat̄ corp⁹ ei⁹. v̄gis castigatur. flagellis flagellat̄. deinde ad mamillas v̄gineas facule ardentes applicate sunt. et ip̄a semimortua vsqz ad crastinū reclusa est. De mane producta nec vlla macula nec vlla lesio apparuit. de quo et cū ip̄e p̄ses miraretur dixit ei. Adhuc reuertaris o amena puella. satis nāqz castigata es. et misit eā ad duas sorores suas cristen et calisten q̄ metu mortis a xp̄o recesserant. vt ip̄e dorotheā sororē suā a xp̄o auellerent. dorothea aūt leniter alloquens p̄dictas sorores auferēs ab eis cecitatē cordis. et eas ad xp̄m conuertit. Qd̄ audiēs fabricius ambas sorores dorso ad dorsū ligari fecit. et in ignez ꝓijci ⁊ cremari. Et dixit dorothee. Quousqz malefica nos protrahis. aut sacrifica et viuas aut sn̄ia capitali plecteris. Illa leto vultu rñdit. Quicquid vis passura suz ꝑ xp̄o dño ⁊ spōso meo in cuius orto delicie et rosas cuz pomis colligā. et letabor cum ip̄o in eternū. Hoc audiens tirann⁹ in seip̄m infremuit. p̄cepitqz vt pulcritudo eius et facies eius baculis et fustibus cederet̄. et vt tortores fatigarent̄. et q̄ nec vestigia faciei in ip̄a apparerent ⁊ in carcere seruata in crastinū. De mane vero producitur illesa a saluatore nostro curata sententia capitali iudicat̄. Et dum extra muros ducitur videns eam theophilus ꝓthonotarius regni. q̄i illusorie rosas d̄ viridario spōsi sui petens sibi mitti. Quod illa promisit. Cum autē venit ad locum decollatōnis. rogauit dñm ꝑ omnib⁹ q̄ ad honorez sui noīs sui memoriā passionis peragerent. vt in oībus saluarent̄ tribulatōibus. et p̄cipue a verecūdia. pauꝑtate. ⁊ a falso crimīe liberarēt̄.

et ī fine vite ꝯtritōez ⁊ remissionē oīm pctōꝝ obtinerēt. mulieres vo piētes nomē ei⁹ īuocātes celerē sentiāt ī doloribꝰ ꝓfectū. Et ecce vox d celo audita ē. veni electa mea oīa q̄ petisti īpetrasti. Dorothea vo īclinata ad ictū spiculatoris. apparuit puer purpura indut⁹ discalciat⁹. crispo capite. c⁹ veste auree stelle fuert. ferēs ī manu orariū. i. sportulā cū tribus rosis. et tot malis. Cui dorothea. Obsecro te dñe mi. feras eas theophilo scribe. et decollata ē. et ad xp̄m suū spōsū felicit̄ collocata ē. Passa ē āt gl̄iosa vgo ⁊ martir dorothea. āno dñi. cclxxxvij. Id⁹ februarij. a fabricio p̄side. sub dyocleciano ⁊ maximiano īperatoribꝰ romanoꝝ. Theophil⁹ āt stās ī palatio p̄sidis. ⁊ ecce puer apparuit c̄ca eū ⁊ sustulit eū ī ptē dicens. Has rosas cū pomis mittit tibi soror mea dorothea de paradiso spōsi sui. Puer vo disparuit. Tūc theophil⁹ ꝓrupit ī voces laudādo ⁊ glorificādo xp̄m deum dorothee. q̄ mēse februario. dū mag̃ frigora t̄rā cogebāt. nec aliq̄d vgultū frōdib⁹ vestit̄ rosas et poma q̄b⁹ vult mitte potēs ē cui⁹ nomen sit bn̄dictū. Et illi⁹ affirmatōe ⁊ p̄dicatōne fere t[illegible] terra ꝯuertit̄. Videns h̄ tirann⁹. pluribus generib⁹ tormētoꝝ q̄z dorotheā cruciauit. Ultimū vo in ꝑticulas minimas succidi iussit. ⁊ volatilib⁹ ad manducādū ꝓijcit̄. Theophil⁹ vo sacro baptismate mistico corpe ⁊ sang̃ne xp̄i cōmunicatus est Perrexit ad xp̄um q̄ glorificat sctōs suos. ⁊ glorificat̄ ipe ī eis. q̄ patri sctōq̄z spūi cōsubstātialis ⁊ coetern⁹ viuit ⁊ regnat de⁹ in scl̄a scl̄oꝝ amen.

CCVIII

De sancto ivolfgango.

Wolfgang⁹ natōne q̄dē aleman⁹. genere vo ingenu⁹. ab ipis infātie rudimētis deū fōtē vite sitiēs. et sanctispūs grā illustrat⁹. q̄z uis mūd[illegible] amatoribꝰ vide[illegible] et ꝯtēptibil̄ mag̃ meritoꝝ p̄rogatiua eminere cepit. Naz reuera necesse est. vt quem mundus odit. diligat̄ a deo. Sanctos viros in hoc seculo cōstat pegrinos eē et hospites Unde ⁊ rep̄hend[illegible] petrus q̄ tabernaculū in monte fieri cogitauit q̄z sanctis in hoc mundo tabernaculū nō est quib⁹ patria ei dom⁹ in celo est. Sancti viri fundit⁹ scl̄o renūciantes. ita huic mūdo moriūt̄. vt soli deo viuere delect[illegible]nt̄. Quantoq̄z ab. hui⁹ seculi ꝯuersatione se subtrahūt. tanto interne mentis acie. p̄ntiam d[illegible] et angelice societatis frequētiā cōtemplant. Qui ei renūciat reb⁹ suis. sua abnegat. q̄ vo renūciat morib⁹ prauis. semetip̄m scilz abnegat. Hoc adimpleuit btūs ⁊ volfgang⁹. Primū inter canonicos laudabilē et castā vitaz duxerat. Deinde artioribus regulis implicari desiderans. in sueuia apud cenobitas. qui solitarij vocantur monachice vite normaz ꝓfessus est. In qua quanto rigore. qualiq̄z obseruantia vixerit. et virtutum suarum exitus et ostense sibi diuinitus visionis patefecit prouētus. Nam cum beatus ⁊ volfgāgus adhuc in paterno solo positus. peregrinari pro amore diuino affectaret. et huiusmodi desiderijs sanctoꝝ se suffragijs iugiter commendaret. beatum christi confessorem otmarū. cui se suaq̄z frequentissime cōmendabat. sibi in somnis astare videbat. quē iussus intendere. ab eo huiusmodi accepit verba. Quia rogatus a te. rogaui dñm pro te. manifesto tibi nūc futura quedā. Pauper ⁊ inops de hac ꝓuincia egredieris. sed ī alia in qua ꝓ amore dñi exulabis. ep̄atū caducis reb⁹ satis locupletē p̄destinatōne diuina suscepturus eris. Cui⁹ in admīstratōe si fidelēte exhibueris expletis. xxij. ānis. vitā trāsitoriā eris exitut⁹. ⁊ eternā ingressur⁹. Et h̄ proculdubio scire te volo. q̄ animā tuā ꝯditori redditur⁹ es in loco vbi sub nomine christi a christianis memoria mea veneratur et colitur. Quo me in hora exitus tui de egipto huius mūdi spero aduēturum. cum ceteris quos de ciuibus supernis ad te venturos ꝯsolatores habere meru[illegible]is. Sctūs igit̄ ⁊ volfgangus hac visio[illegible] ꝑcepta. eo ampli⁹ quo certi⁹ intendebat a[illegible]ē mētis in speculū diuine ꝯtemplatōnis. reputans iugiter secū qualiter in salute alioꝝ sibi cōcessuz duplicaret talentū. Cui⁹ rei [illegible] monasteriū ⁊ monachum deserer[illegible]. imo s̄m aplm̄ m[illegible]ra emulari charismata cupiens. per alemoniā

deuenit exul in noricū. ad cui⁹ orientalē ꝑtez cū hūili comitatu ꝑtendēs. ꝑdicā[illegible] grā pā nonie petijt ꝯfinia. e qua ꝑ pili[illegible]nū pataui ensem eꝑm euocat⁹ pie vt [illegible]ecuit hūanitatis ab eo suscipit ⁊ fouet off[illegible]io. Apud quē etiā rogat⁹ ē. et iussus m[illegible]liq̄t dieb⁹. Hoc int̄ cetera prudēti [illegible]cu[illegible] actās mēte. quare pro bibit⁹ [illegible] adducēda ad deū pānonioꝝ gē te. Quo cōmoratōis tempe idē eps optime vsus. vtpote q̄ erat aꝑprime eruditus. ⁊ gene re nobilissim⁹. clādestina ⁊ maīfesta diuini seruitij obꝑuatiōe. ac assidua sacre scp̄ture ī dagatiōe satis ꝓbauit. hūc quē suscepat pe grinū nō eē gyrophagū. sz stabilē ⁊ vere fidi domesticū. Uñ ⁊ quosdam de suis familia riter ꝑ eo alloq̄t dicēs. O q̄z felix eccīa q̄ deo volēte isto donabit sacerdote. Ergo necessa riū valde videt mihi ⁊ vtile. vt huic famulo dei petam regimē ratisbonens̄ epi. q̄ optime ꝯuenit sicubi abundat bona volūtas. vt eaz etiā ad bona opa ꝓcedere faciat bene colla ta facultas. Bonū quippe q̄d hic vir semi nare voluit. induratis cordib⁹ paganoꝝ. et salutis obsequiū q̄d repulit cecitas illoruz [illegible]iqz fortassis h̄ eodē agrū dñicū excolente. dabit fructū suū in ꝑplis xp̄ianoꝝ. Ad h̄ qui dā rñdentes dixerunt. Qūo fieri potest vt iste pauper ⁊ ignot⁹ ad honorē accedat tāti ep̄atus. cū iā aliq̄ alti sanguinis ꝑsone. hūc apud impatorē predijs ⁊ pecunia cōpensā tes sibi ꝯtentarūt acquiescere. Quib⁹ ille re fert v̄ba pōderosa. sed nō adeo morosa. Di uina ⁊ hūana. valde īter se ꝓbant distare iu dicia. Sed scutator cordiū et renū. ab initio mūdi elegit ꝯtemptibilia et ignobilia vt cō funderet fortia. Et ecōtrario mūd⁹ q̄d suū ē supbe ad horā extollit. ac in breui cū ꝯfusiōe distollit. Unde opeꝑciū censeo. q̄ mittaz ad marchicomitē. cui⁹ cōsilio multa solet face re impator. vt suggeret ei. ne ꝑ ambitionem aut simoniacā h[illegible]esim. quēq̄z ep̄alem sinat accipere dignitatē sed ob eternā remunera tionē. quem humi[illegible] et modestū ac eruditū inuenerit. necnō officijs eccl̄iasticis aptū eē ꝓbauerit hunc cuiuscūqz sit ꝯditiōis vel pa rentele. promoueri fa[illegible] ad culmen ecclesie [illegible]er legationē igitur episcopi. ac sugge stionez consiliarij impator sue ac eccl̄iastice vtilitate admonit⁹. imo q̄d verius est nutu dei cuius in manu est cor regis. Princeps bonus. otto scd̄s. animo mutat⁹. omēs qui pro eodē ep̄atu adipiscēdo laborabāt. auer tit. ⁊ se totum ad electionem venerandi viri cōuertit ⁊ volfgangi. Sicqz legatos post eū celeriter mittit. Qui vt missi fuerant pergen tes. inuenerūt eum cū prenoīato ep̄o cōmo rantem. sed iam ad patriam repedare cogi tantem. Beatus aūt ⁊ volfgang⁹ ignar⁹ erat legationis imperatoris et ceteraruz rerū ꝑ se gestarum. et idcirco animum intendebat aliorsum Cūqz legati quare venerint ei indi carent. ꝑmū recurrit ad secretariū cordis. se suaqz deo cōmendans in intimis. deīde epi scopo piligrino. cui⁹ caritate ibi detent⁹ erat cām suā exponēs. id q̄ grauabat tempamē to leuiabat simplicitatis colūbine. ac prudē tie serpentine. atqz in hūc modū ꝓloq̄tur di cēs. Hoc nouū q̄d mihi ꝑ nuncios impato ris dñi ottonis scd̄i venit. caritas tua efficit cui ꝑmiū bone volūtatis absqz dubio erit. sz mee paruitati timorē incutit. qz nescio si vo luntas dei sit Et qz mund⁹ sub specie religio nis multos ad vicia trahit. Cui rñdens ep̄s dixit. Q; dicis te timere. h̄ mentis est ꝓuide Sed hāc in bonā spem erigit psal̄. qui dicit Initium sapientie timor dñi. Et iterum. Ti mor dñi sctūs ꝑmanēs in scl̄m scl̄i. Talia q̄z pontifice ꝓloquente. vir venerand⁹ ⁊ volf gangus. ꝑ mentis speculatōnem. dispensa tionis diuine intuēs moderamen. subsequi tur dicēs. Ecce seruus dñi fiat mihi s̄m v̄bū tuū. Tūc arrepto itinere cum his q̄ missi fu erant ab impatore. tetendit in partes occidē tales bauarie. Cunqz ꝑuentum eēt ad regiā ciuitatem. clerus ⁊ popul⁹ s̄m morem eccle siasticum vnanimiter vt imperator petijt. sanctū ⁊ volfgangum elegerūt atqz cum vni uersali electōne ad curiā eum regiā miserūt Cūqz in p̄ñtiam cesaris eēt delatus ante pe des e⁹ prostrat⁹. se d[illegible]it indignū. indo[illegible]tum. ignobilem. sub monachali ꝓfessione degen tez. sine licentia sui abbatis nihil accipere de bere. Postremo ne locum sanctum vilitate viol[illegible]ret iplorauit. Im[illegible]pator āt vidēs eū dei

fice renuentē. magis de pbitatis eiꝰ dignitate certꝰ. q̄zuis reluctāti. multūq3 gemēti epatū pmēdauit. Deinde cū comitatu fideli mltorū remissꝰ ratisbonā ēigressꝰ. ibiq3 cū cāticis leticie suscipit. atq3 more pōtificū ītronizatꝰ a clero ⁊ ppło sūmo pastori cōmēdat. necnō a friderico archiepo. alliusq3 suffraganeis pꝰ aliq̄t dies īsacerdotē apicū ibidē psecratur. Igit̄ pꝰ mlta pietatis ⁊ eq̄tatis opa. q̄bꝰ deo fuit studebat febricitare cepit. quā corporis molestiā. illi q̄ nescit occasū sedulis pcibꝰ vite sue pmēdauit excursū dicēs. Deꝰ miserere dignet̄. ⁊ mihi misero pctōri. mortē nē sbeūti ⁊ cuiq3 eā timide ac būlit̄ aspicienti. Hec cū dixisset. reuerenter oculos clausit. ac velut in somno pausans. pdie Kalendꝰ. nouembriz in pace quieuit.

CCIX

Miraculū de sancta Katherina.

Episcopꝰ quidam e mediolanenꝑ sabinꝰ noīe. vtute venerabil̄ sic refert petrꝰ rauēnenꝑ īlibro gestoꝝ notabiliū. pꝰ matrē dñi vginē katherinā īcipua deuotōe bēbat. hāc et a bina fāmia sibi spōsā elegerat. ⁊ īpaz oībꝰ sacris virginibꝰ pferre iolebat. vtpote adiutricez fidelissimā. Cū igit̄ pdictꝰ psul vltra mare nauigasset cū abbate theodoro de mōte cassino. ⁊ duobꝰ capellanis ⁊ militibꝰ ⁊ xv. puis. ⁊ sepulcrū dñi visitasset. mōtē syna simil̄ adiert̄. Et ecce dux q̄daz turcoꝝ ferocissimꝰ bostis xpianoꝝ. a soldano rediēs cū mltis armatis epo īpede mōtis occurrit. cꝰ comitiuā vt vidit atrociter mox petit dicēs. Sic̄ feci familie fic facia dñus. Qō cum dictꝰ epus ⁊ abbas vidisset. ceperūt ducē rogare dicētes. Liceat q̄sumus nob mōtē ipm pus ascendē ⁊ gl̄ose vginis tūbā visitare. deinde q̄cq̄d tibi placuerit sustinebimꝰ patient̄. Quibꝰ rndit. Neceſſe ē hac vice vt mea ñ vrā volūtas fiat. ⁊ pfestī pcepit vt lingua. oculis. auribꝰ. naribꝰ. manuū ac pedū sūmitatibꝰ vterq3 puaret̄. sicq3 adhuc semiuiui in iumētis ad tumulū vebere̅t dixitq3. Nūc q̄d vob valet burꝰ sepulcri visitatio. Et adiecit. Cū mēbra vob renascūt q̄d impossibile ē. tunc ꝺbsq3 dubio deꝰ vrī legibꝰ adherebo. Cū ergo ad tūbā vginis venissent. abbasꝰ ptinuo expirauit. Epus vo sic potuit pces fudit. Et ecce circa noctis medias mōs totꝰ vehementer ptremuit. tātusq3 terror ac pauor ducē īuasit cū suis vt ide fugē vel lēt nec valerēt. Ipo. ꝺ ptriū horaz spacia tāta lumis redūdantia ut ide resplēduit. vt non solū vicini sed et saraceni in motis ptibꝰ pstituti. horaz ead̄ vigilātes die claraz crederēt eē factā. ⁊ ipm montē syna in solem puersū estimabant. Interea vgo katherina de tumulo pcessit. et triste caput sue amatoris tactu blando pmulcēs. pmo oculos. aures. nasum. ⁊ linguā. deinde mēbra oīa dolorosa pungens pstine restituit sanitati. Cuz vir dei gl̄osam vginē corpalibꝰ cerneret oculis. ineffabili gaudio replebat. ꝛ fulgorē pulcritudinis eiꝰ ferre nō valēs ad pedes eiꝰ cecidit. quē ipa stati pcipiēs eleuari. Iā duo pulcerrimi iuuenes iuxta eā stabāt. ipm de terra eleuabāt. cui vgo. Scire debes mi care. q̄ amatoꝝ meꝰ ⁊ sponsus meus ihs xpus hic ⁊ īfuturo te et oēs honorantes me paratus ē honorare. Et q̄ pdidisti pri me lingua tua. vir in ppo ydeomate expedita. ecce cōmodaui tibi meā in greco ⁊ latino peritissimā. Preterea oēs anias familie tue noueris eē in sinu abrae. Facto insup die crastina cū missarū solēnia celebraueris. lecto euāgelio singula mēbra abbatis de oleo q̄ fudat de tumulo meo punges. sicq3 suscitabitur. ⁊ anteq3 diuinū officiū cōpleas. ad vigorem ⁊ statū pristinū reformabit̄. His dictis vgo beatissima dextrā pontificis apprehēdit. dāsq3 illi anulū pciosū. et cartulā aureis lris scptā et dispaxuit. et miri odoris ibidē fragrātia remāsit. Cartula vo tres vboz lineas bēbat. ⁊ hec ordinē ptinebat. prima linea. Sabine be lrē sūt īt me et te signa dilectōis ppetue Secunda. Fecit tibi meritum ingēs dolor. faciet tibi gaudium vehemēs amor. Tertia Bucē baptizabis sanꝰ ad ppa remeabis. sicq3 decēnio expleto. laudabilit̄ mecū eris īcelesti palatio. Tūc vir īmēsas grās et laudes deo reddidit. p tam ineffabili pſolatiōe. quā ei exhibuerat pnti vgis gl̄ose. Facto igitur die dux montē ascēdit. et cū epum adorare

procedentē.vidētē.loquentē.ꝛ oia mēbra i/ tegr liē habentē cōspiceret.obstupuit vebe mēter. Tūc lecto euāgelio pñte duce.epūs mēbra abbatis q̄ i medio posit⁹ erat vngēs p ordi ꝛabbas oīb⁹ vidētib⁹ rediuiu⁹ appa/ ruit. Sicqz mēbris oīb⁹ renascētib⁹. anteqz diuinū officiū pficeret plenissime sana. est q̄ viso miraculo dux lacrimis pfūdit.corde ꝓpūgit.ꝛ amplectit fidē.ꝛ cū mltis nobilib⁹ pfecte credētib⁹ ab epo baptizat.q̄ cū Bedib⁹ careret scō renūciauit.terraz suā vēdidit.et bonā portionē frib⁹ i mōte syna degentib⁹ tradidit.romā cum epo ꝛ abbate ꝛ alijs ml/ tis deuotiōis grā petit.multa auri pondera secū deferēs paupib⁹ tribuit.Beinde ad cō silium sancti sabini.famosissimū monasteriū vginū q̄d ꝛa aula dei i honore btē katherine fūdauit.q̄d i mltis possessiōib⁹ ꝛ diuitijs am pliauit. ¶Postremoi mōte cassino mōachā/ lem habitū suscepit.ibidēqz xpo regi.sueqz matri.ꝛ btē katherine q̄z diu virit deuotissi/ me militauit. Sctūs vo sabin⁹ cū post decē/ nū ad extremū veniss diganū do spūm effla uit.sed cu lin[illegible]⁹ in ore ei⁹ mīme appare/ [illegible].nulli dubiū qn vgo glosa eaz tulit.q̄ suo deuoto eā per decenniū mutuauit. In b⁹ q̄z glorioso epi memoraz anul⁹ ꝛ cariba apud mediolanū vsqz hodie seruant.

CCX

De sctō Ludouico rege francoꝝ.

Ludouic⁹ dicitur q̄ lucē donās.seu lucis dator. In ei⁹ ptat et q̄ntū ad vltimā noīs ptem custos. Icos ei [illegible]ꝛ custos latine. Fuit ei seuer⁹ custos [illegible]et.vt ex ei⁹ gestis demon strat. Fuit et pugil custos exercit⁹ sui in tra ꝛ mari.ac et in ipo cōflictu certamis. Un de eo i eccia cant. Ludouic⁹ ex noie lucis dator exp̄mit et custos i certamine pñtis vite po nitur.

Beatus ludouic⁹ quondā rex frāco rū illustris. prēz habuit xpianissimū regē noīe ludouicū. B d albigesio et comitatu tholosano hereticos debellauit.ꝛ be rese[illegible]tirpauit. Et dū reuertet i frāciā mig uit ad xp̄m. ¶Puer igit scē indol⁹ prē strenuis simo sic orbat⁹. sub tutela mris vicz blāche regīe q̄ndā reg castelle filie remānsit. Quem ipa tenerrime diligēs sb custodia spāl mgrī ꝛ pfilio religiosoꝝ maxie ordīs fratrū p̄dica toꝝ ꝛ minoꝝi morib⁹ ꝛ scia lrāz tradidit im buend. dū. Atq̄ pe velut alt salomon puer ige/ nios⁹. ꝛ bonā sortit⁹ aniaz. sup coetaneos su os pfect valde laudabiliter virisqz. Cui⁹ scitati gaudēs pia mat pluries dicebat eid. ¶Ol⁹ vellē fili carissime te morte icurrere tpalē. q̄z p aliq̄d pcm mortale te tuū offēde creatorē q̄ verbū deuotus⁹ fili⁹ i aio sic firmauit q̄ diui na comitāte grā a vicijs abstinēs ad culmē virtutū puenisse ab oīb⁹ cēseret. Be hac diuina puidētia ne tā nobilē regnū regali succession careret.vxorē duxit. d q̄ suscepta sobolē gene rosā vir sctūs sūmo ope studuit educare. do cēs eos sup oīa timere deū ꝛ abominī pctō in gre abstinere. Serta q̄z d rosis seu alios ca pellos eos portare sextis ferijs phibebat p/ pē coronā spineā tali die iposita capiti salua toris. Ipe vo exēplo apli corp⁹ suū castigās. ꝛ i p̄uitutē redigēs castigatiōe mltiplici suo spūi parere cogebat.ml.o tpe cilicū ad carnē applicās. Jeunabat d[illegible]tēpe sextis ferijs et maxie i aduētu ꝛ q̄dragesima. q̄b⁹ a piscib⁹ ꝛ fructib⁹ abstinebat laborib⁹ vigilijs orōib⁹ ꝛ alijs secretis abstinētijs ꝛ disciplinis iugr se affligēs. Quolibz et sabbato ꝓsueu erat in loco secretissimo q̄rūdā paupeꝝ ppriis ma/ nib⁹ abluere pedes ꝛ deide tergere. ac būlit oscular. sibi ꝛ man⁹ cuilibz certā sūmā pecu nie tribuēdo. ¶Pluries et cētū vigīti paupi/ bus q̄ i curia sua oī die reficiebāt abūde ꝛ vi gilijs solēnib⁹ ac q̄busdā certis dieb⁹ pānuz ducētis paupib⁹ añqz ipe comederet manu ppa fercula mistraut. Spei i prādioꝝ cena ppe setres senes paupes recūbentes bībat q̄b⁹ de cibis sibi appositis caritatiue mistra/ bat.xp̄m pauperē i suis paupib⁹ venerādo. d q̄z reliquiss comede ñ borrebat. Scarleto et seu bruneto aut viridi vel alia veste pōpo sa vti nolebat.nec pell⁹ varijs aut nimiuz ūptuos.maxie post q̄z de p̄b⁹ trāsmarinis rediit p̄ma vice. Bilatōez vo fidē ardētī de/ siderio cupiebat. Un q̄z ve⁹ amator sui et zelatoꝝ tres frēs suos cōmilitōes ac malo

res regni barones.ꝛ milites secū ducēs cū exercitu maxīo applicuit in egiptū. Vbi multa īse ꝛ suis mala ppessus.debic ab hostib⁹ captꝰ ac carceri mācipatꝰ modico tandē pcio q̄d mirabile ē redēptꝰ fuit ꝛ liberatꝰ Ēductꝰ itaq; de carcere p q̄nq; ānos īsiria remansit mltos saracenos ad fidē ꝓuertens.ac captiuos xp̄ianos redimens.q̄r corpa plerūq; p prijs manib⁹ sepeliebat. Vbi q̄nta p fide xp̄i i hac pegrinatōne acc̄t ī alia q̄ scdo trāsfretauit sustinuit.nisi q̄ affuit.aut maiora voluimina īsperit.nemo sufficienī mente ppendit Que q̄ī bistorialiter ca finē satis diffuse narrat vincēti⁹.vbi ñ dō auditis relatu.sz suo tpe gestis fidē facit.breuitatis grā dimittuntur.

¶ Postmodū vo audita morte regie mris suebaronū suoꝝ ꝓsilio redire īfrāciā acquirenit. Et dū eēt ī mari.nauis ipm deferēs bina īpulsiōe adrupē tā fortiē collisa ꝙ a nautis ꝛ alijs pitura credēt. Tāta igit ꝓcussiōe pētit sacerdotes clerici ꝛ alij scīm regē inuenerūt orantē corā sacro corpeBu xp̄i. Et fuit eoꝝ oīm firma fides q̄ ei⁹ meritis ꝛ pcib⁹ eos omps dns a mortis piculo liberasset. Reuers⁹ itaq; ī frāciā.cū ieffabili gaudio ab oībus ē recept⁹. Ac ex tūc de vtute ī vtutē pficiēs ad oīmodā vite pfectōz pueīt. Tūc cepit fundare hospitales domos pauper.religiosoꝝ edificare mōasteria clausira dormitoria ecclesias.loca ꝛ alia edificia oportuna Cecīt.biguinis.filiab⁹ dī fere ī oī ciuitate regni cū certis elemosinis de locis ꝛ domibus sibi ꝓpetēt⁹ puidit. Plura ēt mōasteria diuersoꝝ ordinū ab ipo fundata ex toto magnis dotauit redditib⁹. Int̄ q̄ abbatiā regal' mōtis cisterciēs ordis magfice fūdauit ꝛ dotauit. In q̄ scīt.q̄d mirabile ē dictu cuidā monacho leprosо ī q̄dā prādio flexis genib⁹ cibū ꝛ potū ī os ei⁹ imittēdo hūiliē mīstrauit. abbate ꝛ q̄ aderāt ī lacrimas prūpētib⁹ ac p horroꝛe vir vide valētib⁹. Plecipua ēt devotōe sctās venerabat reliq̄as.ꝛ dei cultū ꝛ honorē iugit augmētabat. Parisi⁹ siq̄dē in regali palatio capellā speciosissimā ꝓstruxit i q̄ sacrosctāz coronā dñi spineā ꝛ maxīaz ptē scē crucis ferrū.qz lācee q̄d lat⁹ apuit saluatoris cū plurib⁹ alijs reliq̄is dignissime collocauit.q̄s a ꝓstātinopolitāo īpatoꝛe recepat cū īmēsis laborib⁹ ꝛ expensis. Quprobra vo fidei xp̄iane audire ñ potat.sz zelādo zelū dī gūit puniebat. Vñ q̄ndā ciuē pisiensē q̄ turpit iurādo xp̄m blasphemauerat in pcti pena ꝛ alioꝝ terroꝛe ferro cādēti in labijs suis cauterisari pcepit dicēs. Vellē q̄d vixero in labijs meis talez idecētā sustinere.dūmō h̄ pessimū iuratōis vicīū de regno nrō penit⁹ tolleret. Silr saracenis petētib⁹ ī pactōe de soluēda pecūia p se ꝛ suis addere.q̄ fidē xp̄i negaret si pactū ñ teneret facere ꝓstāt dene gauit. Et psuadētib⁹ q̄ aderāt q̄ h̄ sine pctō facere pt.rndit. Tātū horreo vbū dō negāda fide et sub ꝓditōe audire.q̄ nō possē illō exp̄mere sono vocis. Ibidē ēt q̄ndā nobilē saracenū q̄ recēt soldanū occiderat facere militē recusauit dicēs.q̄ nec p morte nec p vita ifidelē quēq; insigniret balthco militāri. In tāta ēt veneratōe bēbat sigculū scē crucis.q̄ desup calcare nolebat.ꝛ a plurib⁹ religiosis exegit.vt in claustris eoꝝ ī tūbis cruces ñ insculperēt.ꝛ isculpte peīt⁹ raderēt. In regimine vo ita prudēt se gerebat.q̄ absq; ꝓrogatiua acceptōe iusticiā reddebat vnicuiq;. Timē. vo ne cause paupeꝝ vir ingrederēt ad iudices.bis ī bebdomada audiēdo q̄rētes ī loco patēti se ponebat.ꝛ eos celerit q̄ntū poterat expediri faciebat. Et q̄n negociū fidei p platos seu inq̄sitoꝛes deferebat ad eū.oīb⁹ alijs postpositis faciebat q̄zcit⁹ expediri. Bella vo tāq; a iure pbibita cuiusq; istātia nō admittebat.sz palā viā iuri ꝓsonā ēt magnum maleficia pūiebat Statuit isup ad abolendā vsuras vt obligatos iudeis aut alijs publicis vsurarijs null⁹ iudex c[illegible]peilleret ad solue dū. Et q̄ pacē opat iusticia dedit sibi de⁹ pacē ꝛ regno trāq̄llitatē Tādē p⁹ multoꝝ ānoꝝ spacia audiēs desolatōz tre sctē.ꝛ mala xp̄iane gētis ferre ñ valēs cū filijs suis ac regni comitib⁹ ꝛ magnatib⁹ scdo transfretare dispposuit. In q̄ trāsfretatōe dīē suū vltimū a ꝓpinquare vidēs.filios suos admonebat. vt p eccīa dī ꝛ defensiōe ēt scē vt ipe faciebat oī vtute īsisterēt. Currēte igit nauigio vsq; tunicū ꝛ exercitu suo libere capiēte portū [illegible]ffrica.caribagis castrū.ꝛ adiacētem regionē vi

ꝯsūmatōne p̄cipu⁹. btitudīe gloriosꝰ. remu
neratōe ditat⁹. cū ꝑpetuo dño re[illegible]naturus.
vincēs mūdi ꝯtagiū. mūd⁹ m[illegible]guit ad xp̄m
die kalēdaꝝ nouēbriū re[illegible]ate dño nrō. Bu
xp̄o cui ē honor ⁊ gl'a [illegible]us ⁊ ptās.

CCXIII

De sancta Genouefa.

Genouefa dicitur
a genos q̄d ē nat'a. ⁊ efa q̄d ē mē
sura q̄i hn̄s naturalia ad mēsurā.
seu plenitudinē. Ip̄a eī ex bonis nat'alib⁹ q̄
habuit. facilit' dei grā comitāte sup̄nat'alia ē
assecuta. Uel d'r a genos q̄d ē barba seu viri
litas. et efa effusio seu plenitudo. q̄i effusa et
plena operatōib⁹ virilib⁹ ⁊ fortibus. Ip̄a eī
vt ex e⁹ gestis colligit'. et de ea in eccīa canit'.
ip̄is etiā viris aliquaten⁹ imitanda. atz equi
paranda est.

Beata v'go genouefa. honestis parē
tibus. patre seuero noīe. matre v'o
geroncia orta. apud nametodoruz
opidū haud longe a parisiensi vrbe extitit ꝓ
genita. [illegible]um aūt sctūs german⁹ antisiodo
rensis ep̄s q̄dam die apud basilicam in ip̄o
opido sitā. orandi grā se ꝯtulisset. occurrente
eiusdez loci ꝑpl'i multitudīe simul genouefa
affuit. Quā ītuit⁹ in spū. sctūs german⁹ ma
gnanimē genouefā ad se deduci p̄cipiēs. cir
cūstanti ꝑpl'i electā a deo sponsā p̄dixit. in e⁹
natiuitate angelos cecinisse denunciauit. ac
felices tante sobolis ꝓgenitores predicauit.
multosqz e⁹ exemplis a via sua mala ꝯuer
tendos affirmauit. Que dū ab eo accersit'. et
de v'ginitate celesti sponso ꝯseruāda āmone
tur. id ie voris oīb⁹ sp̄ desiderasse res[illegible]ondit.
Cui ille Confide filia. viriliter age ⁊ q̄d corde
credis et ore ꝓfiteris. op̄ib⁹ cōprobare stude
Dabit eī dn̄s fortitudinē et v'tutē decori tuo
Cūqz sequenti die genouefā iterꝫ sibi p̄senta
ri fecisset. dixit ei. Aue filia genouefa. Remi
nisceris q̄d hesterna die de corpis tui ītegri
tate mihi sis pollicita. Cui illa. Reminiscor
pater. Tunc ille numū ereū dei nutu allatū
habentē signū crucis a terra colligēs inquit
[illegible]am. hūc transforatum ꝓ memoria mei
ad collū suꝑpensum sp̄ habeto nulliusqz me
talli aut margaritaꝝ ornamēto colluz digi
tosqz tuos ornari patiaris. Et valedicēs. ca
putqz eius deosculans abijt. Cū mater eius
die solenni ad eccīam ꝑgeret. et genouefam
reclamantē domi remanere p̄ciperet. ꝯfesti
vt sibi alapā mater in faciē dedit. lumē ami
sit. Sicqz ꝑ bienniū diuinā iram ꝑpessa. p̄ci
bus filie tandez pristine sanitati ē restituta.

Alia vice dum genouefa cū duab⁹ sacra
tis v'ginib⁹ etate ꝓuectōrib⁹ loco nouissimo
incederet. obuiāte carnotensi ep̄o iulito. sta
tim incedendi euersus est ordo. Nam illa
que sequit' ait ep̄s anteponat'. quoniam ip̄a
celitus iam est sanctificatōez adepta Pa
rentibus ei⁹ sublatis de medio cū in parisiū
vrbē transisset. tanta paralisis vt videbat' in
firmitate detenta ē. vt corp⁹ e⁹ laxatis vndi
qz artub⁹ ac dissolutis cōpagibus triduo ex
anime crederet'. Que cū [illegible]nuo eēt sanitatē
assecuta. aiebat se in spū ab angelo in gloriā
sanctoꝝ et suꝑpliciū impioꝝ fuisse deducta
ac ex tūc secreta ꝯscientiaꝝ in nō modicā ad
miratōnem cepit reuelare ac manifestare.

Sancto āt germano redeūte. cū parisiū
intrasset cōfestim [illegible] genouefa vbinā et esset
q̄d ageret inquirens. in ei⁹ hospiciū descēdit
ac male de ea colloquentib⁹. deridebat' eniz
tunc vt plerūqz fit iusti simplicitas. t'rā suis
lacrimis irrigatā ostēdit. sicqz eā astāti ꝑpl'o
cōmendās discessit. et ad tp̄s os loquentiuz
iniqua obstruxit. Ueruz post obitū bt̄i ger
mani. cū attila hunoꝝ rex gallias ac p̄cipue
vrbē parisioꝝ inuadere. ac sue ditōni mina
ret' subijcere. singulis pene ad tutiores vt si
bi videbat' vrbes facultates deferentib⁹. ge
nouefa orōib⁹ et vigilijs īsistebat. Hisqz cū
quibus degebat ita facere exhortans. nō eē
ꝑtimescendos hostes dicebat. q̄nimo ciuita
tem illesam fore p̄dicabat. Quāobrem non
nulli ciues insurgentes. dicebant pseudo ꝓ
phetissam suis tp̄ib⁹ aduenisse. ac in ei⁹ mor
tem ceperūt cōspi[illegible]are. Eodem tp̄e venit ab
antisiodorense vrbe archidiacon⁹ q̄ hec au
diens. ita ciues adorsus est. Nolite o ciues
h admittere facin⁹. q̄r hanc de cui⁹ interitu
tractatis didicimus narrate sancto germa
no antistite nrō ex vtero matris a deo spon

sam electā. Et ecce eulogias ab eo sibi dereli
ctas exhibeo. Quas ilico plegentes ab ince
ptis destiterūt. Huni aūt ꝑtinus abierunt.
A bituriscense vrbe venit mulier quedaꝫ
parisius. que post consecrationem violata
fuerat. vt genouefam alloqueret. Que mox
interrogata a genouefa. an sanctimonialis
aut vidua eēt. ꝯfestim vt se v̄ginem asseruit.
virū q̄ eā violauerat. ⁊ locū et tp̄us exposuit
Vñ ad verecūdiā ꝓuocata. supplex genoue
fe veniā postulauit. Matrone cuiusdaꝫ
filiꝰ etatis annoꝝ q̄ttuor. cū in puteū cecidis
set. ac post tres horas mortuꝰ inde subtractꝰ
matre in lacrimas ꝓrūpente. ac crines dila
cerante. genouefe oblatꝰ fuisset. ad oratōem
recurrēs. pallio suo sup̄ corpꝰ eius apposito.
puerū viuū ꝯfestim matri reddidit. Cuꝫ
ob diutinā obsidionē ciuitas parisiensis in
edia affligeret. genouefa pauperibꝰ ꝯdolens.
nauim sup̄ secanam ad emendā annonam
ingredit. dum aūt ad quendā locū in q̄ erat
arbor iuxta quā naues sepius periclitarent
aduenisset. cōfestim arborē incidi p̄cipiens.
ad orōnem ꝯuersa. duo horribilia monstra
ex illo loco egredi sun[illegible]sa. Ab illo aūt die
illic nauis non perijt. sed ꝓspero cursu ceptū
iter trāsfretauit. Rediens autez v̄ꝫo panes
pauperibꝰ iuxta necessitates suas distribuit
Dum quadā vice ciuitatem trecasiū adijssꝫ
protinꝰ occurrens ei multitudo populi. in
numeros vtriusqꝫ sexus diuersis infirmita
tibus afflictos obtulit. Inter quos etiā ob
latus est ei homo quidam. quem dñico die
operantem vltio diuina excecauerat. necnō
puella ab annis fere duodecim ceca. quos
illa benedicens. sine dilatiōe incolumes red
didit. In ciuitate meldensi. puella quedā
adolescenti cuidam ꝓmissa. vt genouefe vir
tutes comperit. vestem sibi immutari ac in
contubernio virginuꝫ annumerari a geno
uefa expetijt. Unde indignatus adolescens
sponsam cum furore ꝓsequit. Quod geno
uefa audiens. eam ad ecclesiam que ꝓxima
erat secum duxit. et fores eccīe q̄ clause erāt
diuina virtus mirabiliter reserauit. et puel
lam a furore adolescentis liberauit. Au
relianis. dum cuidā patrifamilias ꝓ seruo
qui a duersus eū deliquerat genouefa veni
am expeteret. ille vero oīno renueret. ꝯfestī
vt domū ingreditur. vehementi febre corre
ptus non ꝓus sanitati restituit. q̄ꝫ genouefe
veniā postulans famulo misc̄diam elargit.
Ecclesiam sancti martini turonensis v̄go
sancta īgressa q̄ꝫ plurimos a demone obses
sos oleo ꝓus inunctos liberauit. Dum aūt
vellet semel quosdam inungere. ac oleum ī
ampulla. pontifex etiā q̄ oleum benediceret
deesset mox terre recubans in orōne posita.
ampulla in manibꝰ eius oleo q̄ postmodū
sanati sūt egroti est impleta. De eius ab
stinētia ac etiā v̄tutibꝰ inter alia multa sic di
cit vincentiꝰ in speculo. A decimoq̄nto eta
tis sue anno vsqꝫ q̄nquagesimū esca erat ei
panis ordeaceꝰ ⁊ faba. Quā post duas aut
tres hebdomadas in olla recommiscēs ede
bat. A die dñico vsqꝫ ī q̄nta feria ieiunabat
et a q̄nta feria vsqꝫ in die dñico. Vinū aūt et
q̄dlibet inebrians. nūq̄ꝫ potauit. Post qui
quagesimū vero annū suadentibꝰ ep̄is ꝓp̄t
obedientiā piscē ⁊ lac cū pane ordeaceo ede
re cepit. Multa aūt veneratōe catulacē
sem vicū in quo beatꝰ dionisius passus ē di
lexit. cui etiā deuotio erat in honore illiꝰ ba
silicam ꝯstruere. Suadebat p̄sbyteros vt fa
ceret vnusquisqꝫ collatōem ad hoc edificiū.
Qui rñderūt. Erūt forsitan paruitati nr̄ē vi
res edificandi. sꝫ coq̄nde calcis copia deest.
At illa sp̄ūsctō repleta vaticinans ait. Egre
dimini queso ad pontē ciuitatis. et q̄ audie
ritis nūciate mihi. Qui egressi ī platea sta
bant attoniti. Et ecce duos custodes porco
rū sermocinātes. q̄ꝝ vnꝰ ad alteꝝ ait. Dum
suis. i. porce vestigiū ob partus vagantis le
gerē. inueni furnū calcis mire magnitudīs.
Alter rñdit. Et ego īueni in silua sub rab[illegible]
bus arboris a vēto euulse furnū calcis. d[illegible]
nihil sublatū credo vnq̄ꝫ fuisse. Q̄d audien
tes p̄sbyteri. grās agentes reuersi sūt. Audi
ens etiā h̄ sctā. lacrimis p̄ gaudio sinum im
pleuit. Lacessiuit itaqꝫ genesium p̄sbyteruꝫ
vt in honore p̄dicti martyris basilicam con
strueret. sicqꝫ oībꝰ ciuibꝰ illa implorāte con
structa est. In cuiꝰ ope collectis carpēta [illegible]
cū potus deficeret. accipiēs sancta cupa se

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

orsum pstrata cū lacrimis orauit. [illegible]inde surgens facto signo crucis sup[illegible] vsqz ad summū poculo impletū est. ex [illegible]parij vsqz ad ꝯsūmatōem basilice vbe[illegible]rime potantes grās egerūt. Quadā nocte sabbati circa gallicantū egressa est beata genouefa ad basilicā sancti dionysij. cere⁹ vo q̄ ante ferebat̄ extinctus est. Quo turbatis v̄ginib⁹ q̄ cum ea erāt p̄ horrore noctis. cereū sibi dari p̄cepit. Quē vt tenuit statim illuminat⁹ est. Similiter eodē tpe cum in eccīa diu pstrata in orōne surgeret cere⁹ nōdū igne ꝯtact⁹. diuino nutu accēsus ē ī maū ei⁹. De q̄ ꝛ plures infirmi paululum in fide auferentes sanati sūt. Quedā mulier furata est calciamenta ei⁹. que vt domū venit. exc[illegible]ata est. deīde prostrata ad pedes ei⁹. veniā petens signatis ab ea oculis visum recepit. Hilderic⁹ [illegible]ā francoꝝ rex valde diligens eam timens ne vinctos q̄s interimere cogitabat sancta criperet ingrediens vrbem parisioꝝ. portaz claudi precepit. Quod audiens sancta. statim ad liberandas animas prexit. Inter cuius manus populo porta se sine claue reserauit. ꝛ sic regem consecuta. ne vinctoꝝ capita amputarent̄ obtinuit. Fuit etiā eo tpe beatus simeon in colūna. quē negociatores euntes et redeuntes ferūt de illa interrogasse. et eā veneratōne pfusa salutasse. et se ī orationib⁹ eius memorē esse poposcisse. Parisius etiā oblati sūt ei energumini. pro quibus in basilica btī dionysij ipa orante voci ferabant̄ clamantes ppe iam esse quos sibi in solatio venire btā genouefa precabatur. forsitan angeli vel martyres. Que surgens et signans vnū quēqz curauit a spū īmūdo. vt fetor grauissimus astantium nares attin[illegible]ret. A die etiā epiphanie vsqz ad cenā [illegible]ni btā genouefa in cella reclusa. soli deo vacabat in orōn[illegible]⁹ et vigilijs. Audiens autez puella quedā [illegible]eligiosa ad fores eius magis curiositate q̄z fide pmota. quid sancta in cella sua agebat scire volens statim lumē amisit. Quā sancta cōsūmata q̄dragesima egre[illegible]iens. oratione et signo crucis illuminauit. In eccīa et btī martini turonensis cū in angulo q̄daz oraret vn⁹ de psallētib⁹ arreptus a demonio ppos art⁹ lacerabat. Cunqz btā genouefa spūm īmundū exire iuberet. ꝛ ille per oculum progredi se minaretur. imperāte illa fluxu ventris eiectus ē. feda relinq̄ns vestigia. Per idē tempus stans in aditu domus sue vidit puellam in manu ampullam gestantem. quam paulo ante emerat. ꝛ interrogata quid esset. vidit demonem sedētem in ore ampulle et minans insufflauit ī eam. statimqz pars de ore ipius ampulle cecidit. In territorio meldensi cum ppriaz messem meteret. valde turbati sunt operarij propter imbrem imminentez. At illa ingressa tentoriuz. quod sine intermissione facere consueuerat cum lacrimis prostrata oratione obtinuit. vt cum in circuitu omnes segetes pluuia rigaret. nec messem nec eius messores gutta aliqua contingeret. Tanta et sanctitate pollebat. q̄ etiā spiritu prophetie plena omnes quoqz morbos ab humanis corporibus expellebat. Egentibus panes integros dabat. adeo vt eius puelle sepe partem panis quā in clibano posuerāt non inuenirent. Vixit autem plusq̄z octoginta annis. Huius autē natale celebratur tertio nonas ianuarij. Hec vincenti⁹. Reliqua autē q̄ e hic [illegible]erūtur. ex certissimis ac probatissimis eccīe in q̄ btā v̄go p̄sidet codicib⁹ quorū etiā nōnulla ipe vincenti⁹ testat̄ extracta sūt. Post trāsituz vero btissime virginis lampas eius sepulcro apposita est. in qua p̄ter olei ꝯsūptōem ignis pmanebat. cuius ꝯtactu infirmi sanabātur. lāpade videlicet mutata in fontē. oleo ī medicinā. Homo quidā lingue ꝛ oculoꝝ p̄uatus officio. ad sepulcrū v̄ginis accedēs. ꝛ visum ꝛ loquendi vsum recuperauit. Mulier quedā in visione admonita. filium a natiuitate cecū ad p̄fate v̄ginis locum detulit. Cunqz in eccīa miraculum recitaretur. quomodo domin⁹ iesus christus oculos ceci nati aperuit. continuo aperti sunt eius oculi. Reuelatus cuidā a natiuitate muto vt ad sepulchrum v̄ginis se trāsferat. vocis illic bn̄ficiū pceptu rus. Cunqz in fide reuelatōnis die dominico illuc peruenisset. statim lingue illius vinculum est solutum. et loquebatur magnifi

[illegible]ns deū. Interrogat⁹ ergo ab abbate quid
post indultū sibi vocis beneficiū agere velit
respondet q̄ a loco illo recedere nolit. nolit
ad ꝓpria redire. nolit omnibus diebus vite
sue sine p̄sentia v̄ginis viuere. Cuius votuz
leto animo amplectens abbas. vite sibi nec
saria iubet ministrari. Cum latro quidā
carceri mancipat⁹ custodis negligentia de
carcere exisset. fugientēq3 ad sepulcrū v̄ginis
p̄ses insequeret. virginēq3 latro auxilium
implorando acclamaret. p̄ses vero in eius
blasphemiā prumperet. subito casu lapsus
p̄ses. latrone liberato miserabiliter expira
uit. Cum alio tpe fluui⁹ secane vltra mo
dum intumesceret. z ad capellaz v̄ginū quā
ppe eccīam sancti iohannis baptiste virgo
construxerat. ad mediū vsq3 edificij ptinget
lectulus in q̄ decesserat q̄ ibidez seruabatur
flumine infusus. aquis ꝓtinue descendētib⁹
atq3 discedentib⁹. ab illis intact⁹ est inuēt⁹.

Post aliq̄t vero dies. cuz cenobio a nor
mannis incendio ꝓsumpto corpus v̄ginis
a fratrib⁹ ad ategias villā suā deportaretur
multis etiā ibidē claruisse miraculis cōpro
bat. Siq̄dē altare eccīe cui assessura erat vir
go sancta cruce sācto3q3 relīq̄is vt moris
est adornatu. tanq3 ei⁹ aduentu. gratulans
mouebat. cui superposita. q̄d cupierat se ad
eptū demonstrans firmū nec amplius moue
ri cōprobatū est. In cui⁹ q̄dem deportatiōe
cereus vti dū viueret ita3 ita3 miraculo
se est accensus. Cū aūt abbas q̄ tūc p̄erat. dē
tem a corpe v̄ginis paucis ꝓcijs extrabens
apud se ad sui tuitōem seruare vellet. conti
nuo sūma egritudine corrept⁹ dentem teca
cristallina iclusū q̄cito potuit restituere cu
rauit. Audita vō inter parisios z normā
nos ꝓcordia corp⁹ v̄ginis ad eccīam suā de
ferentes nō eo loco vñ educta fuerat i cripta
sed sup maius altare vbi nūc cernit frēs ho
norifice collocauerūt. Corpus aūt virginis
cū suo capite integrum in capsa cōsistere. p̄
sentibus nōnullis huj⁹ regni epis postmo
dum inuentū est atz cōprobatū. Tempo
re ludouici fortissimi. regis francoz illustris
simi. cuius vltor membra q̄ miseri boies ex
bibuerant seruire iniustitie z iniq̄tati ad ini

[illegible]epit morbus igne⁹ quem phifici sa
crū ig[illegible]llāt ꝓsumere. Multoz igitur
sanctoz[illegible]tis suffragia deposcentib⁹ nec
impetrantib⁹. [illegible]cordatus est religiosissim⁹
parisioz antistes [illegible]phanus. qualiter beata
v̄go genouefa p̄fatam [illegible]bem a multis olim
periculis liberauit. ac exinde solennes pro
cessiones in quib⁹ consulto abbate [illegible] con
uentu p̄fata v̄go ad eccīam beate v̄ginis ma
rie deportaret instituit. Ordinata itaq3 p̄ma
mozez canonicū processione. ingredienteq3
sancta virgine eccīam btē marie. ꝓtinuo ad
tactū feretri. oēs male hītes tribus exceptis
sūt sanati. Cū vō sequenti anno felicis recor
datois innocenti⁹ papa gallias trāsmea
ret. de tanto [illegible]structo miraculo. grās agens
deo ac sancte v̄gini. annis ppetuis solenni
memoria celebrandū miraculū ꝓdonauit.
Verū cum p̄ singulos annos predicti mi
raculi memoria solenniter vt dictū est ve[illegible]
retur. contigit semel pabsentiaz capicerij ꝓ
pensas formidantis. sine ornamentis ac lu
minaribus que habebat ministrare. celebra
ri. Unde accidit vt sequenti die eccīe sancti
arij ascendēs diuinā [illegible]gitat vtutem. subito
lon[illegible]me voce miserabiliter expirauit. Ex
perti sūt igit atz in dies experimur q̄ plurimū
q̄nto cū tremore xp̄i v̄ginē oporteat vene
ri. vbi cū hūilitate recipit cecitas visuz. debi
litas gressum. ac e diuerso obstructe infideli
tate mētes p̄cipiūt interitū. Nostre igitur
q̄libuscūq3 laudib⁹ genouefā veneremur. fz
cū tremore. venerātes ei⁹ suffragia implore
mus. sed cū fide. Et reuera dignus est geno
uefam laudibus honorari. que parisioz in
clitā vrbem regni xp̄ianissimi p̄cipuaz ca
pitalissimūq3 columen. totiusq3 xp̄ianitatis
fide et doctrina magistrā eruditissimaz
ens a tantisq3 periculis liberauit. ab inui
cis hostili cede dimicantib⁹ [illegible]puit. inundā
tium fluct⁹ aquaz restrinxit. ignis horrendi
in mēbris humanis incendiū ꝓsūpsit cecis
visum. claudis gressū. surdisq3 auditū reddi
dit. ab obsessis demoniū p̄cibus effugauit.
Et nō solū p̄cibus. verūetiā maxima dñi
fimbrias vestimēti genouefe sibi dilecte
nis sup egrotos ac parijs detētos [illegible] quoz⁹